quia sumus iam / sed facite dignos penitentie fructus / potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Lapis quidem durus est / sed tamen sunt factum opus de eo deficere nescit. Sic et gentes cum difficultate quidem crediderunt tamen credentes in eternum permanent in fide. Iam securis ad radicem arborum posita est. Securis est acutissima vera estimationis / que totum perscrutatur est mundum. Et si posita est quare non precidit. Aut si in eternum perscrutari non fuerat quare posita est. Quia rationabiles sunt arbores et in potestate habent facere bonum aut non facere ut videntes ad radices suas positam esse securim timeant perditionem suam ut faciant fructum. Nam quamvis mali nec timore corriguntur / tamen nisi boni timuerint pereunt / ergo de minatio ire / et si malis nichil agit tamen a malis segregat bonos. Videte autem ne adiremus dei positam securim / ut cum posita fuerit iterum reparet sicut a radicibus ut non repareat extirpate. Quare quia quamdiu mundus iste in quo positus est totus in maligno non erat circa finem castigabat peccatores non exterminabat propter duas causas. Primum quidem quia oportebat homines esse in mundo quibus essent in quibus qui exspectant initium est. Deinde quia mundo manente expectatio erat si forte aliquando fierent iusti / ex quibus … mundus …

Fuerunt ante hoc quidem modo iam fi-
nierte illa autem sto appropinquante iam
non castigantur iam peccatores sed veniunt
propter duas causas primo ergo quia
iam nec expectando potest esse si forte
exquirendumbus in misterio aliquam
aliquid nascatur deinde quia nec convenit
ut in illo statu modo homines sunt non
sicut sicut scriptum est Et in sancto [illegible]
bunt terram / numquam vero expellentur
ysa. 26. de ea Et iterum orat ysayas Tollatur
impius ut non videat honorem
domini dei Ego quidem baptizo vos
in aqua in penitentiam qui autem post
me venit fortior me est cuius non
sum dignus calciamenta solvere
ipse baptizabit vos in spiritu et igne
Cum missus est Johannes ad baptizandum
non tamen propter necessitatem dandi baptismatis
sed ut per occasionem per baptismum venien-
tibus predicaret filii dei incorporacione p-
dicaret / sicut testificatur alibi dicens
Jo. 1. Quod ut manifestaretur in Israel ideo ego
veni in aqua baptizare ideo inter
ad baptismum venientibus ut ipsum predica-
bat apperiendo [illegible] et eminen-
ciam potestatis eius ambulat pedes
autem ipsius intelligere possumus
per quos in quibus ambulat principue
apostolos ceterosque predicatores per quos
discurrit in quos et fuerat Johannes
baptista / calciamenta autem quibus
operit pedes possimus intelligere
infirmitates quibus omnes operit

predicatores / vocis sue qua forcia
sunt calciamenta ipsius / audi ipsum
Je. 1. dicentem Jeremiam Ecce posui te
in hodierna die sicut civitatem
firmam et sicut murum eneum
Et ergo calciamenta sunt omnes
predicatores portat Johannes ipse por-
tabat sed dignum se non esse por-
tare [illegible] ut maiorem
ostendat gratiam per meritum suum
Johannes est corporalis et aqua quod
corpus est ideo corpus cum corpore
baptizat Christus autem spiritus est et
spiritus suus spiritus est / aia quoque
spiritus / ideo spiritus cum spiritu spiritum
[illegible] baptizat et qui inde
qui baptizat in igne i. in tribu-
lacionibus Johannes cum sit spiritualis
corporalis spirituale baptismum
non potest dare / quia omnis virtus
maior est quam virtutem dare
quam ipse est nec facit alterum
quod ipse non est in igne baptizare
non potest homo / quia homo
homines non potest esse unde ille
[illegible] temptandi [illegible] licenciam qui
[illegible] pietatem Ergo
Christi baptismum non solum Johannis
baptismum sed includit Cum
enim baptizatur in nomine Christi utrumque
baptismum habet et aqua et spiritus
quod corpus et spiritus erat et corpus
suscepit / ut et corporale et
spirituale baptismum daret Johannes

ante baptismum non inclusisset ipse
baptismum Christi quia quod maius est minus
in se includit. Quod autem minus
est maius in se includere non potest
Ideo apostolus cum invenisset quosdam
act. 19 Ephesios Johannis baptismate bapti-
satos iterum baptisavit eos in
nomine Christi quia in spiritu non erant
baptisati. Si ergo super Johannis bap-
tismum quod plenum esset non erat
tamen rectum erat iterum baptismum
Christi dare licuit. Quomodo tu tenetur
dicas quia super baptismum meum
melius non debes baptisare quod
nichil habet in se baptismatis preter
nomine/ demumque de baptisantes
secundum morem hominis illius
baptisandum qui crucifixus est
Si ergo deus crucifixus non esset
in carne secundum te [illegible] homo primus
qui secundum mortem domini primi
baptisatus/ homo ante primus
sonare baptismum dare non potest
sicut supra diximus. Et ideo
et baptismum eius si esset rectum
tamen Johannis baptismum erat in
in aqua non in spiritu. Ergo paulus
Christi secutus exemplum baptisavit
eos qui Johannis baptismate erant
baptisati quos et Christus iterum
Act. 2 baptisavit eos qui a Johanne
erant baptisati. Dicit de mortuis
ut [illegible] dicens Ergo quidem
baptiso vos in aqua ille autem

baptisavit vos in spiritu. Nec videatur
iterum baptisari/ sed semel in quo
cum amplius erat Christi baptismum quam
Johannis. Huius baptismum novum di-
cebatur et non iteratum. Si ergo per
baptismum Johannis quamvis et si perfectum
non erat tamen legittimum erat bap-
tisabat Christus opus ut amplius aliquid
daret hominibus quo per impium bap- Baptismatis Christi
tismum dare non licet secundum Judaicum et Johannis qualis
nec distinctionem baptismatis qualis sit utilitas
sit utilitas. Et quamvis dicti baptismi
non sit portio in hoc loco tamen quia
Joh. 17 est et dominus dixit de eos Et vos
mundi estis propter verbum quod locutus
Eph. 5 sum vobis. Et Apostolus ait mundans
eam lavacro aque in verbo dicitur
et de illo qui verbum a sordibus ignis
[illegible] mandat sicut hinc infundetur
si peccata non diluit/ etiam non admi-
nat nec concupias malas procedit
a bea/ nec carnem animam voluptate
compescat/ hoc facit verbum fidei
immediate quod faciebat ante lex
Justiciam quod ordinabat etiam ante
non adimnabat/ quia omne verbum
lucina est et non vita. Item aqua
purificat quia peccata que cum tam
preteritum in opus abluit/ Inhoc
si penituerit. Etiam ante non sancti-
ficat/ nec concupias cordis aut
cogitationes malas perdit/ neque
repellit a bea/ si nec carnales concu-
piscencias reprimit/ Cum ergo non
fuerit sic baptisatus/ ut mereatur

accipe spm scm in corpore quod bap
tisatum est / et peta eius indulta sunt
s in matutis catheatumis est Decem
Ro 7 8 septum est Cena cum spm xpi non hz
hic non est eius / ipse q caro eius sy
ea peiora et ei germinat peta quia
non hz nisi spm consuatem sez tamen
est domus corporis eius / Ipsa spus
Luc 11 ille in remes domum eius vacuam
et madatam doctrinis fidei quasi si
scopis nitrimis septiplicat habitat in ea
cum vba fidei / que appellant scope
abignorancia mundat / non apertus ut
[illegible] concupiscetiis / baptismum autem spus
pstat quia ingrediens spus triplex
habitat aiam et quasi murus quodam
inexpugnabili circuit eam / et non p
mittit ut carnales concupiscentie
et cogitationes pualeant contra eam
Vnde quod sicut facit ut aiam concupi
scat tenet aiam et non ei consentiat
Baptismus temptacionum et tribulacionum ... bonum opatur ut p... in sca — neque vincat abea Ergo qui spm
scm habet / concupiscit quidem
scdm carne s scdm aiam ad immat
aspu ut concupiscere eius ad eum
eut adpfectum Temptacionibus ignis
et tribulacionibus baptisma ignem
huic opatur Combirit enim carne
et cogit ut non concupiscat aliq
sed ut gemiet concupiscat Nam
aia spus et spuales penas timet
Vnde et sic penas huius sch cotep
nit / et futurum iudicem timet Vbi

spus viuificauit / Caro autem spua
les penas non timet / carnales
autem timet / Ideo mali non cessat
peccare / nisi eos iudicia carnalia
et eterna compescant / Ideo ergo sciens
dominus quia caro huius carnales
penas timet / spuales autem
non timet / mittit super suos suas
carnales temptaciones et tribu
laciones ut robusta caro teneat
disciplinam / et timens angustias
suas non concupiscat malum quia
importuna caro et concupiscens si
secura fuerit et si non vincat
suos dei / tamen sordidat sanctitate
eorum et inquietat et molestat
non permittit Vnde insaciaz intem
ptacionibus florere in psperitate
autem marcida est Quemadmod
si foni posuerit superiorem cobur
rat ipas radices herbarum /
in loco illo iam non facile nascitur
herba Sic et temptacionis
ignis positum super carne comburit
radices concupiscencie in ea ut
non facile concupiscat / Vides
ergo quia aqua precita lauat
peta spus autem expellit concupiscas
et pualere non sinit / Ignis autem
concupiscencie ipas radices consumet
aqua precita peta tollet / Spus
precaua impedit / Ignis accidentia
futura punit / Vnde est at

baptisabit in igne circa sequentes
sermo demonstrat dicens habens ven
tilabrum in manu sua. Ventilabrum
indicium est per quod deus singulos
homines temptat et cunctorum corda
diiudicat. Ergo non mox qui in
aqua vel in spiritu fuerit baptizatus
statim ad effectum est baptisatus
nisi eum dominus visibiliter bapti
zaverit in igne temptacionis quia
si non fuerit quis temptatus
non potest esse probatus. Species autem
temptacionum sunt multe. Temptantur
autem homines aut in infirmitatibus
aut in dampnis rerum suarum
aut in mortibus carorum suorum
sicut Job et Thobias. Alii in cogi
tacionibus pueris aut in desideriis
aut in desideriis sicut dicit
ps. 27 propheta Proba me domine et tempta
me ure renes meos et cor
meum quia misericordia tua ante oculos
meos est et complacui in veritate
tua. Item Salomon dicit de sapientia Cum
in temptacione ambulat cum eo
et elegit eum / in primis timorem
et metum adducit super eum et
cruciabit eum in tribulacione doctri
ne sue / donec temptet eum in co
gitacionibus suis eius et credat
anime eius. Alii in persecucionibus
dicente propheta ex persona nostra
ps. 67 Cum probasti nos deus igne nos
examinasti sicut examinatur argen
tum. Unde Salomon Vasa figuli

dei oportet temptari. Admonet dicens
Fili accedens ad servitutem dei sta in iusti
cia et timore et prepara animam tuam
ad temptacionem. Et ut breviter dicamus
Omnis adversitas que nos sine nostra
occasione turbat in hoc mundo bapti
smus et ignis est / quia si imaginemur
sustinentis nichil murmuras contra
deum imputatur tibi illa illa carna
lis afflictio pro peccato quod commisisti. Vel si
non peccasti quod est difficile ut ignis
ille temptacionis ita animam tuam
non habuerit sordes peccatorum quas co
medat ipsam animam tuam facit splen
didiorem et quanto gravior fuerit
temptacio tanto magis facit cla
rescere animam et mactum quidem
semel baptisamur in igne ante
sepe dum vivimus. Dicitur enim vita
nostra in hoc mundo nunquam munda est
aperte aut enim videmus aut audimus
aut loquimur aut cogitamus que non
expediunt sed animus sordidatur. Sed
nunquam ignis tribulacionis recedit prout
Et bene optabilis est res sapientibus
quia scriptum est. Beatus homo quem
deus arguerit super terram. Secundus
autem secundum eorum ... ignis et ven
tilabri unus est sensus tamen 2us propheta
res sermonum putant differentiam esse
ignis et ventilabri ut omnis tribulacio
que contingit hominibus secundum carnem
sit baptismus ignis / persecucio autem
gentilium vel hereticorum sit ventilacio
ventilabri celestis. Et permundabit

Adversitas omnis in hoc mundo sine nostra occasione est baptismus

Temptacionum utilitas

Secundum scripturam

aream suam. Area est ecclesia / horreum
autem regnum celeste / ager vero hic
Mat. 13 mundus / Mittit ergo paterfamilias
mittit messores metit festucas de
agro et comportavit eos in aream
ut illic trituret et ventilet et dis-
tinguat triticum a paleis. Sic et dominus
mittit apostolos rectores predicatores
sive doctores quasi messores metit
omne genus de mundo et in aream
ecclesie congregat. Hic ergo triturandi
Tribulati homines comparantur ad granum palee inclusum. sunt hic ventilandi. Sicut enim gra-
num tritici inclusum in palea foras
non egreditur nisi fuerit trituratum. Sic
et homo de impedimentis mundialibus
et de rebus carnalibus quasi palea
involutus difficile egreditur nisi fuerit
aliqua tribulatione separatus. Nam si fuerit
plenum quidem granum mox ut leviter
pertusum fuerit de palea sua procedit
foras. Si autem sterile fuerit tardius
egreditur quod si vacuum fuerit foras
iactatur. Sic omnes quidem homines
in rebus carnalibus delectantur
sicut granum in palea / sed qui fidelis
est et boni cordis scilicet medulla mox
ut leviter tribulatus fuerit / negligens
que sunt carnalia currit ad deum.
Qui autem mediocris infidelior / fuerit cum
grandi tribulatione vix recedit et
vadit ad deum. Qui autem est infidelis
et vacuus quitudine (?) contra fuerit
sicut granum vacuum de palea non
egreditur. Sic et ille a carnalibus

rebus et de mundialibus impe-
dimentis numquam egreditur nec cur-
rit ad deum sed illic in malis
constitutus conteritur foras proicitur.
Et sicut triticum primum quidem tri-
turatur / et cum trituratum fuerit
iacet cum paleis in uno loco con-
fuso / postea autem ventilabitur ut
que fuerint iam distincta corpo-
ribus separentur et locis. Sic et
populus in ecclesia aut morbis corpo-
ralibus carnalium passionum quasi
semper agitatur ventilatur aut
castigationibus corporalibus quasi
virgis quibusdam aut conculca-
tionibus minorum et superborum
quasi calcibus irrationabilium
iumentorum / ut distinguantur fideles
ab infidelibus per diversas concussiones
pressurarum (?). Cum autem distincti fuerint
ab invicem adhuc actibus habentur
in ecclesia in uno loco sed tamen oritur
persecutio quasi ventus / ut ventilabro
Christi iactati quia iam
distincti erant actibus separentur
et locis. Et sicut triticum mundum
sic sancti positi in regnum celesti
bus reponuntur. Videns ergo quia
temptatio non prodit sed manifestat
eos qui in pace non apparebant
Et forte dicis. Nonne melius
erat ut deus ab initio electos
homines de puritate vocasset
ut non semper ventilarentur in ecclesia

Tribulatio non prodit sed manifestat
eos qui in pace non apparebant
Chrisostomus (?)

sed magis in pace consisteret
Audi nunc tu potes cum sit messis
tua in agro triticum a paleis separare
Solucio Et si temptaveris ut paleas a tri-
ticis separes et triticum simul cum pa-
leis perdes. Sic non potuit fieri
ut deus dominus aut gentilibus
tam electos sine temptatione
discerneret et doceret eum qui
cognoscit deum aut veritatem eius
si errat aut peccat non apparet
utrum propter malum propositum sensum pec-
cat aut propter ignoranciam. Qui autem
cognoverit deum et iusticiam eius
et exerrant aut peccant tunc
manifestus est quia non ideo errat
aut peccat quia nescit quis sit
deus aut que voluntas ipsius
sine temptatione fieri non potest. E-
cce enim si palma proposita non sit
in stadio athletam volentem luctari
culpare non potes quasi infirm-
um. Incertum est utrum ideo luctari aut
vult quia infirmus est aut quia
non videt propositam palmam. Qui si
palmam viderit et lucta luctari
noluit, manifestum est quia propter
desidiam desidiam suam non vult
luctari. Sic et gentilis qui re-
surrectionis premia nescit, nec futurum
esse iudicium credit, non potest cognosci
utrum ideo non facit iusticiam, quia
non amat iusticiam, aut quia

nullam mercedem sperat. Dicit ei Qui vero scit
futurum regnum et cognoscit futurum esse
iudicium, nec tunc peccaverit manifestus
est ideo peccare quia non amat quod bonum
est. Adhuc forte dicas hic secundum hominem
dicis. Deus autem qui cordium scrutator
est cognoscere poterat sine quis qualis
erat futurus. Audi in iudicio deus iustus
non solum querit ut deus cognoscat se iuste
iudicare hominem, sed etiam ut ipse homo
cognoscat se iuste iudicari apostolo teste
monio cogitacionum suarum et operum
ro 2 probatus sicut scriptum est Cogitacionibus
iudicem accusantibus aut etiam defen-
dentibus in die cum iudicaverit deus
occulta hominum. Tercio erit homo coram
ps 49 eius. Item Arguam te et constituam
contra faciem peccata tua. Si ergo homo
non cognoscit deum neque iusticiam eius
secundum sciam dei condempnatur adeo quo
cognoscet iuste iudicatum. Nam deus
quid creator sit et iuste eum
condempnavit. Sic autem peccator non in-
telligit iuste se condempnatum et dicit
propter Christum et ego si cognovissem Christum
et mandata ipsius servassem fidem
eius et non declinassem a mandatis
ipsius. Ideo ergo omnes ad cognicionem
veritatis adduxit ut manifesti sint
peccatores, quia non ignorancia iusticie
sed proposito peccaverunt malo, et indig-
nantes Christum recesserunt apostolo, sed magis
peccatores diabuli diligentes. Si ergo qui

de iudeis et gentilibus vocabat electi
vocari non poterat quanto magis modo
non possunt fieri electi omnes et tamen omnes
christiani parentibus nascerentur et nomen
christianum diligerent enim quia
christianis parentibus parantur et vocatio
eorum fit non secundum fidem sed secundum
genus Necessarium ergo est ut omnes
boni et mali christiani fiant et omnes
agnitionem veritatis accipiant et per varias
diversas temptationes pauci eligantur
Mat. 20. et 22. de multis ut impleatur quod dictum est multi
vocati pauci vero electi Nunquid tu re-
prehenderis qui area tua separas paleas
et ita recondis Nec enim est ratio ut
cum tritico reponas paleas et itaque re-
condas quia nec sunt necessarie tibi
ad usum et quid dominum culpemus quia
a fidelibus separat infideles qui non possunt
ad gloriam eius / et ille quidem palee / et
triticum esse non possunt Infideles autem
non per naturam habent ut sint infideles
sed sunt ipsa voluptate compellentes ad se
dulcem iusticie Sic ergo ille palee
que non possunt triticum esse comburuntur
igne / quanto infideles dignius combu-
rentur qui poterant triticum esse inst
ad medullam iusticie pervenisse [illegible]
Et inde quem non deprehendit incredulitatis arca
sed per[illegible] / per[illegible] enim usque
ad consummationem seculi / sic necesse est ut
diversis modis temptetur etiam donec
Christus temptatus est etiam — perducatur Et ideo etiam Christus nunquam sine
temptatione dimissus est Et primo

quidem ventilaverunt eum iudei
deinde gentiles / modo heretici / postmodum
autem per ventilabit antichristus Sicut
enim qui modica aura est non per
mundatur tota tritici massa / sed leviores
quidem palee modica aura
iactantur graviores autem remanent
et vacua grana Necesse ergo est
ut maior commoveatur ventus et ut
graviores palee et vacua grana
iactentur Sic et quibus modica est
temptatio illi tamen pereunt de
etiam qui multum sunt infideles
ideo necessaria est temptatio maior
et omnes infideles plenius compel-
lantur aut purgentur etiam Et modo
quidem temptationibus modicis fiant
palee pessimi homines recedunt
Si autem surrexerit maior tempestas
et illi qui videntur stabiles sunt
cepituri Tunc venit Jhesus a Gali-
lea in iordanem ad Johannem
Cum Johannes predicaret dicens penitentiam
agite appropinquabit enim regnum celorum
Jo. 1. ut testimonium acciperet a Johanne Ecce
Agnus dei ecce qui tollit peccata
mundi Et ut confirmaret predicationem
ipsius et viderent homines Christum
tunc esse sine peccato / quasi pecca-
torem baptizari dicat apud se
Si ille deinceps in novitia ipse
baptista Johannes testimonium dedit baptismum
si necessarium habere putavit quanto
nos conteri impius penitentiam qui sumus
cooperti peccatis Item sanctificatus
Matt. 3. fuerat Johannes ego baptizo vos
in aqua post me autem venit

fortior / me ipse vos baptisabit in
spiritu et igne. Ideo tunc venit
etiam ut hoc testimonium ostenderet omnibus
ut in baptismo eius aperirentur
celi / et descendit spiritus. Pater
clamavit de celo ut per hoc mani
festum efficeretur / quia vos erat
dignior Iohanne. Sicut enim cum
processerit lucifer / sol non expectat
occasum luciferi / et ita procedit
sed adhuc eo ascendente egreditur
de suo lumine obscurat illius
candorem. Sic et Iohanne predicante
ante Christum / Christus non expectavit
ut cursum suum Iohannes impleret
et sic ipse veniret in mundum / sicut
adhuc eo docente apparuit ut per ap
paritionem doctrine sue vel operis predicationem
Iohannis faceret / neque videri iusticiam
suam per quam cepit Christus predicare
ad se cunctis venire / sicut doctrinam
Iohannis videntes discipuli eius videntes
Jo. 3 dicebant ad eum Rabi ecce testimonium
perhibebas / ecce hic baptizat et omnes
veniunt ad eum / Deinde venit ad baptismum
non ut ipse remissionem peccatorum
acciperet per baptismum sed ut sanctifica
tas aquas relinqueret postmodum
baptizandis. Adhuc autem venit
ut qui humanam susceperat naturam
totum humane nature inveniatur im
plesse misterium. Nam quamvis ipse
non peccator erat tamen naturam susce
perat peccatricem. Propterea etsi
ipse baptismate non egebat / tamen carna
li nature opus erat. Iohannes
prohibebat eum dicens Ecce ego a te
debeo baptizari et tu venis ad me.
Quamvis ergo descenderit tunc inde descen
disti / Ergo ut tu me baptizes est
ydonea racio / ut dignus iustus
efficiar et dignus celo / ut autem
ego te baptizem que est racio ut
iustus efficiaris sed ipse es iusticie
creditor / Sit maxime ascendas / sed
natura in celo es / et si voluntate
de celo descendis / tu es spiritus ego
caro / unde caro spiritum sanctificare
potest / magis autem spiritus sanctificat
carnem / cuius enim creandi est vir
tutis est et sanctificandi potestas.
Quamvis dives a paupere divicias
querit / magis autem a paupere admittit
Omne bonum de celo descendit in
terram / non de terra descendit in celum
Ipse antiquus lucifer qui mane
oriebatur cogitabat apud se dicens
Super celum ascendam etc. Sed certe
angelus ille constitutus / et per sola
cogitacione superbie depositus est de
angelica gloria ad ignominiam te
nebrarum. Ergo quid merear potius
si homo carnalis et corruptibilis
constitutus tante superbie opus imple
vero et dignum me existimavero
verus creatorem dominum baptisare. Ait
illi Ihesus Sine modo sic oportet
nos implere omnem iusticiam. Non

denegat omnem iam potestatis sue. sed
misterium dispensationis ostendit
dicens Sine modo .i. scio quod hoc
est iustum ut tu a me baptizeris
Sed modo sine ad iusticiam baptismi
non verbis sed factis adimplere
prius suscipiam et postea predicabo
Unde ergo dicit Sic ergo oportet
nos implere omnem iusticiam Non hoc
significat ut si fuit baptizatus sed sicut
idem quemadmodum baptismatis iusticiam
prius factis implevit postea predicavit
Sic omnem iusticiam non prius verbis
quam factis implevit Unde et lucas
Act i testatur de actis pri. de illa dicens
primum quidem sermonem feci de omnibus
o theophile que cepit ihesus facere
et docere aut ita Sic oportet nos
implere omnem iusticiam .i. quia et bapti
smi implemus iusticiam Quod impl
evit baptismi iusticiam opus sine
dubio secundum dispensationem humane nature
homini est enim opus hoc opus baptiste
qui secundum naturam carnalem omnes
fuit peccatores Sicut ergo implevit
iusticiam baptismi Sic implevit
iusticiam nascendi manducandi
bibendi dormiendi et lassandi Sic
et suscipiende temptationis sic et
timoris et fuge et tristicie et passi
onis et mortis et resurrectionis im
plevit iusticiam .i. 2a 4 dispensationes
quam suscepit humane nature omnes
iusticias etatis implevit Ergo
sic et natus est non ut homo sed ut
deus quasi homo sic crevit
sic esurivit sic temptatus est sic
lassatus est ut homo purus sed
deus in homine quasi homo sic
alligatus sic flagellatus sic et sic
crucifixus est et mortuus non
homo per dispensationem deus
quasi homo Sic autem hec omnia
purus homo implevit Iam non
secundum dispensationem humanam
implevit omnia sed secundum naturam
Quod autem dispensationis est
aut contra naturam si ea que pas
sionis fuit homo passibilis
patiatur Cum autem dicit Iohannes
Ego a te debeo baptizari Sed dicit
interim non sine dicit quia postea
xpus baptizavit Iohannem quemadmodum
in scripturis libris manifeste
hoc scriptum est Et Iohannes quidem
baptizavit eum in aqua ille autem
Iohannem in spiritu Ihesus autem bapti
zatus confestim ascendit de aqua
Non intelligo qua de causa positum
est quia confestim ascendit de aqua
quid enim interesset si tardius ascen
disset Ergo potuit sic dici Ihesus
autem baptizatus ascendit de aqua
puto autem factum pro administerium
pertinet omnium qui primodum fuerat
baptizandi Ideo dixit confestim
non dixit egressus est sed ascendit

quia omnes qui digne secundum
omnia membra iustitie formati
et confirmati baptisantur in ipso
confestim de aqua ascendunt i.
proficiunt ad virtutes, et ad dignitatem
prosequuntur celestem. Cum enim mer-
si fuerant in aquam carnales
et filii ade peccatores confestim
de aqua ascendunt spirituales filii
dei facti sunt. Et ne mentiar di-
cas, quia multi quales fuerunt
ante baptismum, tales permanent
et post baptismum, etiam qui non
in perfida baptisantur nec toto cor-
de, penitet eos fuisse quod fuerunt
sed recepto peccandi proposito baptisantur
ideo non proficiunt de aqua. Dico ergo
quod confessa culpa non proficiunt bap-
tismati, quia ad baptismum accedunt.
tura autem enim de puritate baptismi
loquitur. Unde per eos prestare Act. 1
baptismus, qui indigne fuerunt
baptisati, aut certe ante confessi
ascendit de aqua festinans ad
temptationem contra diabolum, ad
liberandum genus humanum, in qua
enim urgebat eum. Dicit enim Mat. 3
dux contra tyrannum deputatus
ad bellum mox ut signum ex-
peditionis et pressionibus accepit
festinat contra hostes quia tarditas
eius proditio est. Per omnia sic
tyrannus hostes ad usque sic principe

deputatum, et si bonus actum fuerat
tirocinius agit. Sic et christus ergo
baptismatis signum accepit estima-
bat accipere spiritum sanctum quasi arma
celestia contra hostes quia tarditas
eius interitus erat mundi. Ista dia-
bolus audito quod filius dei descendebat in
hunc mundum adversus eum vehemen-
tius festinabat, cum hominem corda
in peccatis eum fidelitate contendere
putabat sic tunc posse per dare quantum
non posset conculcare. Et aperti
sunt ei celi. Non rupta est enim crea-
tura ipsa celorum sed per baptismum
oculi spiritus eius aperti sunt ut
videat que supra celos sunt. Si
enim celi creatura propria rupta fuisset,
non dixisset ei aperti sunt celi, quia
quod corporaliter aperitur omnibus est apertum.
Unde autem spiritualiter illis solis
qui illuminantur in spiritu. Orabat stephanus
qui repletus spiritu sancto dicebat: Video
celos apertos, et filium hominis se-
dentem a dextris dei. Quod dicit
aliquis: Unde enim ante oculos
filii dei clausi fuerant celi qui etiam
infra constitutus erat in celo. Dicimus
ea que superius diximus, sic oportet im-
plere omnem iustitiam. Unde intelle-
xisti non dubitas quod secundum misterium
aperti sunt ei celi. Nam sicut
secundum debitam dispensationem humanam
baptisatus est, secundum eius naturam
divinam baptismo non egebat. Sic

secundum humanam naturam dispensationem
aperti sunt ei celi. Secundum autem
suam naturam erat in celo. Ergo non
deo aperti sunt porte extra carnem
nec puro homini extra deum. Sed
deo quasi homini, ut exemplo eius
intelligamus quia omnes homines
recti qui baptismi spiritum merentur
habere sanctum aperiuntur eis
celi, ut videant ea que sunt in celo
non in carnalibus oculis videndo, sed
spiritualibus fidei credendo. Carnalis enim
non credit ea que gloriosa et subli-
mia adeo reposita trinitatis in celis
ante oculos cordis eius obdu-
rati sunt celi. Spiritualis autem firmiter
credit et quasi ad illud quod videt
tendit. Illi aperti sunt celi, et tamen
corpore sit in terra, animo est in celo.
Sed autem oportet credere quare
aperti sunt ei celi, quia forte erant
invisibilia obstacula quedam prius
quibus obsistentibus anime defunctorum
introire non poterant celos, quos
homines non clausos prius apparere
nec apertos, sive sine baptismo sive
aliomodo intelligamus. Celi aperti sunt
omnino sic est intelligendum. Aperti
sunt ei celi, id est ipsi enim gratia eius
Aperti sunt autem non eis sed hominibus.
Ipsi enim. Et si in singulis quibusque
generationibus erant iusti qui appe-
ruerunt, tamen ceteris peccatoribus claude-
bantur, et nullus poterat esse tam iustus
ut dignus esset aperire portas

celorum, quod invenitur omni homini
postquam deus natus est et baptizatus
sanctificatus est, gratia illius
plenus. Aperti sunt celi, ut puta
si ab imperatore querit homo ali-
quis iustitiam dignitatis, et ipse tamen non
habet fiduciam petendi nec potentiam
impetrandi, vadit ad filium imperatoris
et adunat carissimum ut mitta-
tur ad illum. Sed illi dicit: Ecce
ego iustitiam non illi do sed tibi, id est
illi propter te do. Nam non illi dona-
tur datur sed illi propter quem datur.
Sic et hic dicit ei aperti sunt
celi, id est propter eum vobis aperti sunt.
Sed autem manifeste patet quidam
sanctis ante si apperiebantur, tamen clau-
debantur. Nam inveni quidem forsitan
ascendebant in celum peccatores
ante nequaquam. Ideo autem
dixi forsitan, nequaquam plane
ut et ante adventum Christi animas
iustorum potuisse ascendere in celum.
Alioquin illam animam ante Christum
arbitror ascendisse in celum
ex quo peccavit Adam et clausi
sunt ei celi, sed omnes in inferno
detentas, ipse quas etiam descendit
ad visitaret. Sicut ipse in Sapientia
Eccl. 24 dicit: Descendam ad inferiores partes
terre, et visitabo omnes
dormientes et illuminabo sperantes
in domino. Aperti sunt ei celi. Nec
sunt aperti ut iterum clauderentur.
Ecce baptizato quod ideo aperti sunt

ei celi tm / postquam vero tyrannidi
vicat per crucem et confringens eas
angelis portabat et incolumem
iustitiis angeli portitores / quia
celi iam non erant claudendi sed
Luc. 24 omnes iniusti et peccatores per ipsam
Luc. 24 sunt erat incolumem / et statuit ante
Io. 20 tribunal ipsius / quia erat necessarie
porte celi celo per ea nunquam claudendo ideo non dicit Aperite portas
et intrabit rex glorie iam enim erant
ps. 23 aperte / sed tollite portas principes
vestras Aut ita Celi sunt scripture
Marc. 1 divine prophetarum Apostolorum in quibus
ps. 8 habitat deus / de quibus scriptum est Quoniam
videbo celos tuos opera digitorum
tuorum Ergo qui baptisatur et meretur
accipere spiritum sanctum et apparentur
ei scripture omnes / ut intelligat
que ibi posita sunt misteria vitalis
propterea autem eis omnibus aperiuntur
istum quod quidem falsum baptismum
habentes non possunt accipere spiritum
vitalis Quomodo autem baptismum
non impedit ne accipiat spiritum
vitalis et apparent eius scripture
Nam propterea malis quamvis fuerint
baptisati Sicut enim in celo celatur
deus / sic et in scriptura absconditur
Et sicut hoc celum corporale omnes
homines quod vident / non autem
aspiciunt deum inhabitantem in eo
Sic et scripturas divinas omnes
quidem homines legunt non tamen
omnes intelligunt deum veritatis

positum in scriptura / nisi qui sicut sic
baptisatur ut accipiat spiritum sanctum Quia
et Apostoli priusquam baptisarentur in spiritu
sancto clause erant eis scripture prophetarum
exponentes de Christo Sicut Scriptum
est Cleophe et socio eius in omnibus que de ipso dixerunt
prophete postquam autem aperuit eis sensum
insufflato spiritu sancto / tunc reserate sunt
omnes scripture ante oculos cordis
eorum ut intelligerent que scripta
erant de Christo Et ideo forte hic
dicit Aperti sunt ei celi Apud quem
tamen ante semper videt celos quem quem
sedem hic enim prophetarum scripture
sunt manifeste sunt passe Nam tota
die ad confirmacionem fidei vocibus accipiunt
Christi Secundum quartum autem
etiam passe sunt / Christus propterea iam
lege et prophetis non utitur sed evangelio
ipsi quasi celo sublimiori Et vidit
spiritum descendentem sicut columbam et
venientem super se Augustinus in misterio natus
est Christus in hoc misterio et spiritum sanctum
accepit Sicut enim filio dei baptisatus
recipiente spiritu autem descendente virgo
in forma stabat humana alter nisi
descendebat columba Tercius autem
nec in forma stabat humana nec
in specie descendebat / columba sed in
voce tamen audiebatur descendente de
sursum Quod hec confessio est inspice
tria heretice intrinsecum prudicatoris autem
heretici non dicunt tres unum esse
deum / sed tres habere eandem substantiam

quanto magis macedonius qui a spiritu sancto recessit. Videamus ergo quibus quibus sit equalis. Non dixit hic est filius noster dilectus, ut ne quemadmodum deus trinitas et spiritus sanctus videatur patri fuisse. Nam si equales sunt per omnia quemadmodum ille pater in trinitate est honoratus, sic et spiritus sanctus. Sic autem deus cum pater est, neque filius est. Spiritus autem sanctus non est pater, qui a nec filius est, nec est per omnia equalis. Nec dictum est hic est filius mei dilecti nec eum eo ceteros filios quemadmodum populus. Sic autem non est filius sed minister fidelis. Sic non est equalis eo est. Sicut columbam. Ideo spiritus sanctus speciem columbe suscepit qui pre omnibus animalibus cultrix est caritatis. Omnes enim species iustitie quas habet homo dei in veritate possunt habere et homo diaboli in simulatione. Habet enim diabolus et mansuetos et humiles et castos et elemosinarios et ieiunos et omnes species boni que creavit deus ad salutem hominis preter speciem [illegible]. Et diabolus autem dixit ad se dicendum, ut bonum veri et boni simulatori confusio fiat, ut simplices homines, qui boni veri, et boni simulati differentiam intelligere non possunt, dum querunt bonos dei servos, incurrant in seductores diaboli. Solam autem caritatem spiritus immundus non potest imitari. Omnes autem species iustitie in impositionibus in servivit. Sola quia caritas non invenit inter infirmos diaboli sedes ergo bene columbam speciem caritatis sibi filii servavit spiritus sanctus, ut pro illius in gratia et testimonium sit cognitatur. Ubi est spiritus sanctus quemadmodum per gratiam caritatis. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Et in monte sic dixit: Hic est filius meus dilectus in quo michi complacui, ipsum audite. Hic autem autem tunc dixit in quo complacui. Quia illic iam cognoscebat propter filium dei, sed quia putaverunt creaturas dei propter moysen et heliam, scilicet esse, ideo addidit ipsum audite, non ut legem et prophetas non audiat sed ut ewangelium amplius audiat quam legem et prophetas, ut sciat quia ipse est dominus est legis et prophetarum. Hic autem cum adhuc non cognosceret, ipsi persona non conveniebat dicere ipsum audite, cum quia persona fuerit cognoscatur tunc et fideliter doctrina suscipitur, cum persone dignitas commendat doctrinam.

Tunc ihesus ductus est a spiritu in desertum ut temptaretur a diabolo. Hoc est quem servivit ut temptaretur a diabolo. Ostendit quia spiritu sancto est ductus, non quasi iunior maioris

Iustitie species quas habet homo dei in veritate possunt habere filii diaboli simulate

precepto / secundum quasi maior minor exhortata
Nam non solum ductus adhuc addu
tus dicitur qui alicuius potestate
ducitur sed etiam ille qui alicuius
rationabili ex hortatione placatur
Io. 1 Dicit septimum est de Andrea sic in
venit Symonem fratrem suum et dixit
ei invenimus messiam qui dicitur
christus et adduxit eum ad christum
sed ratione placavit Unde ad modum
si magister militie videat dimican
tem tyrannum et dicit consilium regi
dicens Eamus obviam illi quia
tota perit provincia Nam fortior
est tua fama quam mea virtus
Et esset sermo alius non militum
ducat non tamen est minor eo qui du
citur Iohannes quod diabolus vadit
et temptat eos non homines ad
diabolum ut temptentur ab eo Christum
autem adduxit spiritus ut non potest
diabolus ideo quod diabolus spiritus pre
dit Constatum nobis esse quoque
baptismum / unum in verbis / sicut christus
Io. 15 dixit Et vos mundi estis propter
verbum quod locutus sum vobis Iohannis
2 xv / Secundum magis utilem et
3 manifestum / Tertium autem sicut
act. 1 scriptum est Actuum primo Iohannes
autem quidem baptizavit aqua vos
4 autem baptizabimini spiritu sancto Quartum
vel in igne quod est temptatio
... / quia ante baptismum hoc est
in igne temptationis est dominus

ps. 65 purificabit Et auferet dominus sordes fi
liorum Israel de medio eorum in iudicabo
in spiritu iudicii et spiritu combustionis
ardoris Consequenter psalmista ait Quoniam
probasti nos deus in igne nos exa
minasti sicut examinatur argentum
Et postmodum transivimus per ignem et
aquam / et induxisti nos in refri
gerium Sicut enim aurum et argentum
combustis in fornace sordibus colatur
Sic homo in fornace temptationis
missus a peccatis sanctificatur
Quartum in morte sicut ipse dicebat 4
Luc. 12 Baptismo habeo baptizari et quo coartor
usque dum perficiatur Quintum autem peccatum
mortificatus est apertum / quale autem
peccatum remittitur in morte sic qui in
telligit per quale peccato introducta est
mors Unde ipse propter peccatum mortem ideo
dominus pro qua baptizatus est in nobis
factus sub lege Iohanne autem in aqua
apud deum in spiritu sancto aspiritu ducatur
in desertum / ut baptizetur in igne tempta
tionis postmodum baptizandus in morte
Hic nunc videamus qui sunt qui bap
tizantur in igne et qui baptizantur igne
Ut autem sciamus videndum est nobis
quid est quod dicit Tunc ductus est
Mat. 3 qui pater clamavit de illo hic est filius
meus dilectus in quo complacui videns
ergo quia nemo baptizatur in igne
temptationis nisi qui factus fuerit
filius dei Unde cum cathecuminus
est homo non dum abrenunciat
diabolo et omnibus operibus eius plenus
baptizatum autem christo se tradidit diabolus

Abrenunciato sathane et omnibus operibus
eius Ideo cathecuminus ei consultato quasi
suo parat adhuc post baptismum quasi alienum
factum tota virtute persequitur / baptismum
autem est signaculum fidei sicut iuvenculus
post militiam signatur etiam fatigat et
inquietat / sed magis autem militiam
in pugnam mittit et laborat Nam
et athleta autem et tamen ante ungitur
ut luctet Sic et spiritualis homo ideo
oleo crismatis ungitur ut contra diabolum
quasi atleta spiritualis luctet Quod quia
multi temptati fuerunt separantur et
perierunt / illi tales non a spiritu ducti
ad temptationem suscipiendam / nec sunt
Rom 8 filii dei Quia qui spiritu dei aguntur
hii filii dei sunt / sed a proprio concupiscentia
pressi Quia autem a spiritu dei ducuntur
ad temptationem non superantur Secundum
autem diabolum non in igne baptizantur
quare / quia non potest fieri ut de possit
sordibus emundetur qui totus est sor
didus Iuxta proverbium laterem aqua lavare
nunquam aliquid mundatur sed magis totus
in luto perditur magis / Ille enim Sap 1
mundatur in quo est aliquid bonum quod emun
detur ut puta si bonus homo carnali
bus vitiis sunt sordidatus temptatur
ut bonum eius illud emundetur emun
detur In illo autem quod nunc nullum
in quo nichil est bonum Quoniam hoc
cum videris aliquem perversum paterni
nunquam tristari aut perturbari
cum videris hereticum nunquam persecutionem
temptationibus pati noli scandalizari

pati Sed et dicas quia hereticus perse
cutionem nunquam patitur sed semper
fideles Quia mali homines nunquam
puniuntur sed semper boni Quoniam quia
qui filii dei sunt hii tunc in temp
tationibus baptizantur in igne Re
mittat tibi in memoriam quod te docuit
2 Cor 2 paulus Apostolus dicens Et omnes
volentes pie vivere persecutionem pa
tiuntur Mali autem homines et se
ductores proficiunt in peius errantes
et in errorem mittentes Nunc videamus
qui baptizatur in igne pro quanto
fuit baptizatus in libro / et pro quanto
fuerit baptizatus in aqua / postquam
fuerit baptizatus in spiritu in quo
loco baptizatur in igne Tunc enim ad
tunc baptizati fuerit aqua non
baptizatur in spiritu nisi eius qui
ante baptismum aque sit de pe
fuerit a se totum peccatum penitendo
ut sit dignus spiritum sanctum recepisse
sunt corde suscipe / non baptizatur
in spiritu quia spiritus sanctus fugit
homines fictum et non habitat
in corpore subdito peccatis et io
non sunt filius dei Et hii sunt
qui cum temptati fuerint super
antur et perierunt Quia videtur
quod filii dei facti per aquam
baptismi Rursum autem non sunt
filii dei quia non in spiritu baptizati
nam tam pro quod baptizati sunt
animo autem cathecumini sunt

quod aqua corpus baptisat spiritus
animam. Ergo non solum xristus ductus
est in desertum a spiritu sancto et omnes
filii dei habentes spiritum sanctum ducuntur
a spiritu sancto in desertum ut et ipsi temp-
tentur a diabolo. Qui enim habent
spiritum dei non sunt contenti facere
secundum ipse spiritus qui est in eis sug-
gerit eos aliquod opus apprehendere
magnum cui diabolus adversatur quod
est in deserto. Ut autem intelligas
quomodo opus bonum est quod secundum
deum est bonum nisi in deserto est.
Triplex quod est desertum. Est
enim desertum secundum deum / et est desertum
secundum diabolum. Natura carnalis
domus diaboli est ut omnibus in-
iusticia epulatio eius est. Quantum
autem ad deum desertum est quomodo non
est in ea iusticia dei que epulatio
domus dei est et omnis iusticia
epulatio ipsius. Quantum autem
ad diabolum desertum est quomodo iusticia
non est in eo quia diabolus delectatur.
Quia natura carnis domus
diaboli est / quia omne malum intus
interne est / quia secundum voluptatem
carnis intus est in mundo est
quia secundum voluptatem mundi est.
Omne autem bonum foris extra
carnem est / quia non secundum volup-
tatem carnis / et foris est extra
mundum quia non secundum voluptatem
mundi. Vides ergo quia animus

res spiritualis extra fines carnis est
foris et quasi in deserto est / et extra
fines mundi et foris. Unde quidam
ut verbum dei mandatum custodire dicitur
de mundo corpore / sed conversatione
esse dicitur de carne et in spiritu
esse / domus est dei spiritus quia
omne bonum intus in spiritu est quia
voluptas spiritus est. Omne autem
malum foris extra spiritum est / quia
non est secundum spiritum. Vides ergo
quia omnis res carnalis est
foris extra fines spiritus est et in
deserto est. Ergo quantum ad deum
desertum est natura carnalis ubi non
est iusticie via / in qua non invenitur
aqua spiritus sancti et est vituperabile
desertum / de quo propheta dicebat per
psalmum. Sitivit in te anima mea et in ps 42
terra deserta et in via inaquosa.
Spiritualem autem ad diabolum desertum
est omnis spiritualis res / et est lau-
dabile desertum / de tali deserto
dicebat dominus ad pharaonem
Dimitte populum meum ut sacrificet Exo 4
michi in deserto. In tali enim deserto
vult deus omnes suos sacrificare sibi.
Ad tale desertum omnes filii dei qui
habent spiritum sanctum exeunt
ut temptentur. Verbi gratia proposuisti
ducere uxorem / arripit te spiritus sanctus
in desertum et eicit te extra fines
carnales et mundi / ut temptet te contra
concupiscentia carnis / quia non licet casti-
tas nisi ut delecteris in ea et carne

Si autem unus in carne erat et
in mundo / et secundum naturam carnis et
mundi habeat uxorem non temptabitur
Quando enim temptatur libidine cum
cottidie est cum uxore Proposuisti ie
iunare contra carnis et mundi fuerit
Christi ut temptetur in fame a spiritu
gule In similibus autem carnis et mundi
positis manducabat et bibebat non
temptatus temptabatur Quando enim temp
tetur a spiritu gule in fame cum in...
esurit Dicit et dominus nunquam
temptatus fuisset in fame nisi post
diebus ieiunasset et esurisset Item
elemosinas facere pro omnibus contra fortis
quia natura carnis et mundi non de
lectatur dare sed semper accipere Si at
non dabat non temptabatur a spiritu
avaricie Item propter humilitatem
...are Christi incarnatum ut temptetur
a spiritu superbie quia caro et mundus
in humilitate non delectantur Homini
aliquis dyaboli angelus qui te con
sulteret et terreret humilitatem suasse
dum vides quod mundus pro humilitatis
contempnitur et superbia honoratur
et tu hos omnes spernis et vitas nonne
sine temptaris a spiritu vane glorie
incipies enim gloriari quia vicisti cum
spernis vane glorie precipue a sanctitate
veniunt Notare autem debemus
quod filii dei non possunt temptari a dyabolo
nisi incarnatum contemserint secundum ea
que diximus hoc est nisi possiderent

Temptari non
possunt a dyabolo filii
dei nisi de...
ceperint.

aliquas virtutes studere a filiis autem
dyaboli vivens in carne et in mundo
constituti et construgitur et precavit
Quando ut puta bonus homo si uxo
rem habuit hoc est enim unus
esse in carne non temptatur in
libidine hoc est non fornicatur
sed sufficit ei uxor sua Cum alius
autem unus in carne constitutus et
habens uxorem fornicatur et non
est contentus una Similiter filius dei
si unus in carne fuit manducans
et bibens non temptatur in esca
et non inebriatur non delicatur
sed inesinative manducat et
bibit Filius autem dyaboli eciam
tunc manducans et bibens non
est contentus mediocribus cibis
et potibus / sed inebriatur et ad
blasphemias cibos contendit
Item filius dei si unus sit in carne
nemini aliquid dans non temptatur
quia alterius non tollit Qualiter at
unus vendidit et tu alienum
tollet Et sic in omnibus rebus
tractans invenies vides ergo
quia est et ista differencia
inter filios dei / et filios
dyaboli non concupiscunt a dyabolo ut
temptentur sed dyabolus venit ad
eos ut temptet et non concupiscunt
contra carnem a dyabolo Quia unus
in carne dicuntur ab illo Quod
enim corpus habet fortis ad eternitatem
capere qui non desiderium bonum

Sed dyabolus venit ad illos quasi ad familiam suam. Filii autem dei foras exeunt ut temptentur ab illo, et extra fines carnis quasi si unquam fuerint in finibus carnis non potest venire ad illos diabolus, quia filii dei sunt, non potest illos temptare sicut prius dixi. Ergo quia diabolus non potest intrare ad illos, ideo quando sunt gloriosiores filii dei extra fines carnis exeunt contra illum, quia victoriae gloriam concupiscunt. Propterea in hoc loco dyabolus non venit ad Christum ut temptaret eum, sed Christus exivit ad dyabolum ut temptaretur a dyabolo, dans suis exemplum. Hec omnia diximus propter illud quod ait: Tunc Ihesus ductus est a spiritu in desertum ut temptaretur a dyabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esuriit. Non ideo solum temptabatur quia ieiunabat, sed ideo ieiunabat quia temptabatur. Ieiunium enim non est tantum virtutis possessio sed repugnacio. Ergo ieiunare ut non intres in temptationem. Placuerit autem deo indurare te, non dicas quia perdidi fructum ieiunii mei. Nam et si non proficiat tibi ieiunium tuum ut non tempteris, tamen ad illud tibi proficiet sine dubio ut in temptacionibus non vincaris. Sicut Christo

prestat. Multis modis dyabolus audierat quia Christus natus est in hoc mundo: vel
Luc. 2 angelis predicantibus ad pastores, vel
Luc. 2 pastoribus referentibus ad Mariam,
Mat. 2 vel magis querentibus in Iherusalem et ad
orare venientibus, cum vidissent stellam;
Ioh. 1 Iohanne dicente: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed faciebat eum incertum natura eius carnalis. Dicebat enim apud se: Hic non potest esse filius dei qui de muliere et viro natus est. Ideo desponsata et de domo viri facta est nata ut partus virginis dyabolo celaretur. Si autem de simplici virgine natus fuisset, facile poterat cognoscere dyabolus quia filius est dei. Cogitaret enim apud se: Maria fornicata non est. Si autem fornicata fuisset, ergo sine dubio staret, quia omnis fornicacio me instante committitur. Sine dubio iste filius dei est. Nec enim potest fieri de muliere sine viro ut nascatur. Ideo desponsata mansit in domo Ioseph, ut domus maritalis conceptio estimaretur, unigeniti dei nativitas non cognoscatur. Hic est Christus gloriae, qui pannis involutus, nec locum in diversorio potuit invenire, sed in presepio positus est. Hic cruciatus est Christus qui crevit et per singulos gradus etatis ascendit. Hic est ille servus qui cum peccatoribus ut peccator est baptizatus. Veniam ergo ipse eum temptabo. Et si quidem vicero eum bene, ut puto r

Multis modis dyabolus audierat quia Christus natus est in hoc mundo

Dominabor illius sicut omnium hominum. Si
autem invenero eum sicut audio filium
Dei, postmodum recedam ab eo, nec
contradicam contra eum, quoniam qui vadit
contra fortiorem occasionem illi victorie
prebet. Si autem sibi superiorem se eva-
tuet virtutem ipsius. Vides ergo duas
cogitationes diaboli, quia volebat eum
temptare ut possit contra eum. Non quasi
Deus, sed quasi homo, magis autem
nec in toto quasi Deus, nec in toto
quasi homo. Ita quemadmodum xl. dies
esurire non erat hominis, sic aliquando
esurire non erat Dei. Ieiunavit ergo xl.
1 dies propter duas causas. Primum autem
ad illius temptationes ieiunandi nobis
2 daret exemplum. Deinde ut quadra-
gesimum ieiunium nec mensuram premat.
Esurivit autem ne nimis supra mensu-
ram ieiunans manifeste intelligeretur
Deus, et sic adversarius eius spem temptandi
extingueret, suam autem victoriam im-
pediret. Itaque diabolus cum videret per xl.
dies ieiunantem desperaverat, postquam
sensit esurientem, cepit iterum sperare.
Et sic accessit ad esurientem et invenit
inita inter esurientem. Et dum temptat
esurientem, vincitur a non esuriente.
Et accedens temptator dixit ei: Si
filius Dei es, dic ut lapides isti pa-
nes fiant. Cecitas diaboli manifesta
ex his: suspicatus est eum non esse filium
Dei, quem per xl. dies esurientem
sentiebat, et per xl. dies non esurientem

non intellexit. Nam sicut esurire
hominis est, ita per xl. dies esurire
hominis non est. Non cogitavit quoniam qui vere
non esurivit voluntarie esurire potest.
Natura autem que esurivit post tot dies
non esurire non potest. Fortis ad ea que
infirma sunt descendere potest. Dicit ergo
magis ex eo quod per tot dies non
esurierat intelligere debuerat quod
Deus est, quam ex eo quod post dies
esurivit quia homo est. Infirmus
autem ad ea que fortia sunt ascendere
non potest. Nam Deus que hominis
sunt agere potest; homo autem que sunt
Dei agere non potest. Sed forsitan michi
dicas: Moyses et Helias xl. dies ex° 34 / 3 R° 19 / Jo° 8
ieiunaverunt et homines erant. Sed
illi ieiunantes esuriebant et susti-
nebant; iste autem quadraginta diebus
non esurivit. Hoc est enim quod dicit:
Cum ieiunasset xl. diebus
postea esurivit. Esurire enim et non
manducare potentie est humane; non
esurire autem divine nature. Cum
ergo xl. diebus non esurivit, postea
esuriens demonstravit quia esuri-
tio eius voluntaria fuit, non necessa-
ria. Quid ergo est? Sicut semper
diabolus omnes homines excecabat
ut non intelligerent quod est bonum,
sic modo ipse invisibiliter a Deo
est excecatus ut non cognosceret
verum. Cogitavit enim apud se: si
potuerit de lapidibus panem fa-
cere, vere filius Dei est. Si autem

no poterit homo est. Sed que sunt
cogitacio ista propter hoc enim nunc poterit
cognoscere si filius dei erat aut non
Primum si filius dei erat non esuri-
ebat quia enim non vincat necessi-
tatem nature carnalis qui ipsam
necessitatem nature creavit. Et
ut quid facit de lapidibus panes
deinde et si esuriebat, ipse corpus
et volebat facere, quia ipse volebat
non quia dyabolus provocabat. Si ergo
non faceret vnde sciebat hoc ideo
non fecit quia non potuit ut homo
aut quia noluit quasi deus qui a
et fecit. Nam nec fecit nec dixit
possum et nolo ne ostenderet
filium dei, nec dixit non possum
ne se ostenderet mendacem, confitens
se hominem cum sit deus. Sed quod
Deut. 8 non in solo pane vivit homo sed in
omni verbo dei. Non dixit non in solo
pane vivo sed in omni verbo dei, ut
videatur de se non dixisse sed medie
non in solo pane vivit homo. Sed
aliud potest intelligi et filius dei
abscondens se ne ostenderet quod ipse
est homo asseritur accusans se non
ostenderetur quod non ipse. Sic ergo
cum hoc visu nichil certum unde sciret
potuisset utrum deus esset an homo
Assumpsit ad aliam temptacionem
dicens apud se. Iste enim in fame
non vincitur et si non est filius
dei, tamen sanctus est. Valent enim

homines sancti et spirituales fame non
vincuntur, sed postquam omnem necessitatem
carnis vincerit per vanam gloriam cadunt
ideo cepit eum temptare in vana gloria
Et assumpsit eum in sanctam civitatem
Audiens dicentem ductum a dyabolo
nichil cogites de potencia dyaboli, quia
potuit ducere christum, sed de paciencia domini
quia sustinuit ut a dyabolo duceretur.
Ergo insequente eo immo non insimulans
sed paciencia est adducere ante dyabolus
non vim sed superbia quia volentem
quia nolentem christum non intelligens
quasi invitum ducebat. Ille ductus
est ut nos voluptate dyaboli non sequamur
Et statuit eum supra pinnaculum
templi. Et forte cogitavit quo modo
corpore constitutum videntibus omnibus sta-
tuit supra templum. Sed per totum propter
consideracionem intelligibilia in tempore
omnia forsitan enim dyabolus quemadmodum
se sic enim assimilabat ut absconderet
videretur. Ipse autem nesciente dyabolo in-
visibiliter se agebat ut carnem
Luc. 4 videret. Sicut scriptum est de eo. Ipse
autem transiens per medium eorum ibat
Daniel 14 sic. Si enim abacuk homo constitutus
et angelus est visus qui ab angelo per
comam capitis portabatur de iudea
in babilonem. Quanto magis credi-
bilius est de christo non fuisse visum
cum volens a dyabolo assumeretur et statu-
itur eum supra pinnaculum templi
cogitavit enim apud se. Si in ipse

rit se pater pacta sua quod filius dei
est, sine dubio tunc sic mitteret se
et cognosceret. Si autem non posset
se mittere, sciret quia homo est. Quia
ergo ipse concupiscentia vane glorie ruit
de celo. Nam cum esset angelus voluit
se ostendere quod non erat, deinde
perdidit etiam quod erat, dum voluit
apparere quod non erat. Sic putavit et
ipsum concupiscentia vane glorie feriri. Nam
sicut difficile aliquem suspicatur
malum qui ipse bonus est, sic diffi-
cile suspicatur aliquem bonum qui
ipse est malus. Et dixit ei: Si filius
dei es mitte te deorsum. Propterea
putavit quo posset cognoscere si filius
dei est aut non. Primum volare per
aerem non est proprium opus dei quia
nec hoc utile est alicui vel ad animam
vel ad corpus. Si ergo nulli necessarium
est neque proficit ad salutem, volaverunt
autem aliqui per potestatem adversariorum,
palam hoc fecit et est hic comodius
potius quam comodo. Si ergo homini
dignoscitur et sapienti sufficit esse quod
est, et non ei necessarium est apparere
quod non est, quia non vult homo perdere
quod videtur ab aliis sed quod est apud se,
quanto magis filius dei dubitare
se non habet necessarium sine causa alicuius
necessitatis utilitatis cuius nihil ne-
cessarium est sed totum possidet in
natura, de quo nemo potest tam cognoscere
quam ipse est apud se. Si ergo non

valuit quo poterat cognoscere probare
verum, non potuit propter infirmitatem
quasi homo, aut noluit propter veri-
tatem quasi deus, quia non credidit
sciat sed temptaturus. Si filius dei
es mitte te deorsum. Vide superbia
ima quo ipsa mutata cum bestiis
immissa est. Numquid non poterat deus
descendere per aerem ambulans,
sed quid mitte te deorsum? Nec
timuit cogitans ne forte si in
veritate fuit filius dei inveniret
illi facere iniuriam. Sed nihil du-
bitat facere dicere nec facere, quia
nihil reliquit sibi quod faceret. Et
vide non impulit neque tetigit nec
appropinquavit, sed tantum dixit: Si filius
dei es mitte te deorsum, ut scias
omnes quia obaudierit diabolus ipse de-
ponit deorsum. Nam si dixit ad
malum hortari potest, cogere autem
non potest. Scriptum est enim angelis
suis de eo mandavit de te ut
in manibus tollent te. Diabole
quod filius dei angelorum manibus
portatur legisti, et quia super
aspidem et basiliscum calcat non
legisti. Sed illud quidem exemplum
profert quasi supplex, hoc autem tacet
quasi astutus. Nam et si filius
dei angelorum manibus non portatur
sed ipse magis portat angelos.
Nec enim creaturam portat creatorem
sed creator creaturam. Si autem cre-
atura portat creatorem ergo

creator autem facit creaturam
a quo portabatur. Nam etsi por-
taretur manibus angelorum, non ideo
portatur ut non offendat ad lapi-
dem pedem suum, quasi infirmus, sed
propter honorem potestatis quasi dominus
ps. 79 sicut scriptum est: Qui sedes super
cherubim appare. Et illud quod dixit
quod refert diabolus quia in persona prae-
ps. 90 dictum est. Sic enim dicit: Quoniam tu es
domine spes mea, altissimum posuisti
refugium tuum. Secundo de Christo dictum
est tamen et de omni homine iusto quem
personaliter Christus suscepit. Respondit ad
Deut. 6 eum Jesus: Scriptum est enim: Non temptabis
dominum deum tuum. Non dixit non temp-
tabis me dominum deum tuum, quod poterat
dicere. Et omnis homo dei temptatur
a diabolo cum et qui homines dei temptat
membrum diaboli est. Sic ergo con-
fusus iterum tulit ad terram. Dicit
tertia diaboli temptatio per... enim apud se: terra habet rem concupisci-
bilem super omnem multitudinem et quicumque
evaserit de retibus gule, incurrit
in retia vane glorie, incidat in re-
tia avaritie. Retibus autem tribus
adhuc nullus homo ad perfectum
evasit, et si evasit non integer
sed contritus evasit. Sic autem retia
ventris disrupit, retia vane glorie
transivit. Ponam ei iam avaritie
et ostendam illi omnia regna
mundi. Si concupierit ea, scio quia
homo est. Nam omnes homines

per avaritiam periclitantur, exceptis paucis
honores sunt michi. Si autem con-
tempserit ea, scio quia filius dei
est. Neque enim pro desiderio eius ipse
venerat, nec delectatur terrenis qui
Luc. 4 sunt celestibus. Nam et si alios ine-
cebat diabolus suam esse omnia apud
se, tamen sciebat quia non erat eius
sed dei. Et sic assumpsit eum supra
montem excelsum valde. Quem
ipse diabolus circuiens omnem terram excel-
siorem ceteris cognoscebat. Et osten-
dit illi omnia regna mundi et honores
eorum. Forte tractatis apud te qualis
potuit esse ille mons de quo omnis
terra videbatur, et si erat super omnem
terram, quo poterat videri quantum
ad carnem tota illa terra videre.
Nam et si contra ad dimitatem sua
videbat, tamen quid ad divinum illa
non poterat quem hominem estimabat.
Quod est intelligendum: Assumpsit enim
super montem excelsum. Quanto
magis excelsior fuit mons, tanto
magis aspicienti spatiosior
terra videtur. Ostendit autem ei non
ipsa regna vel civitates corporales
ipsorum vel aurum vel argentum videri
sed partes terre in quibus unumquodque regnum
vel unaquaeque regni civitas posita
erat, ut puta si ascendens super
excelsum locum digito ostendens dicam
tibi: Ecce ibi est Roma, vel ibi est
Alexandria, non sic ostendo tibi
ut videas ipsas civitates sed partes

Nota ubi exercetur unum regnum dia(boli)
stare non potest ...

tre inquibus porte sunt/ Si enim nauta
unam stellam aspiciens non dubitat
ad unam quamcumque insulam tenere per viam
Si aliquo errore aut denegatione
dirigitur certum/ quanto magis diabolus qui
princeps aeris constitutus/ totum firmamentum
solum fecebat/ sed etiam et videbat po-
terat per singula loca certissime de-
monstrare ut unum utique regnum bono-
rum/ et statum urbis exponere Nam
non solum ostensum dicitur/ sed quod oculis
ad videndum/ sed quod etiam exponitur
Ysa 2 ad intelligendum sicut scriptum est Ascen-
damus in montem domini Iacob et docebit
nobis vitam suam et ambulabimus
in ea Hec omnia dabo tibi si procidens
adoraveris me Considera quo omnis
promissio eius irrationabilis est et
mendax Certe unum dare non poterat
nisi ab omnibus omnia tolleret/ et a
nemine adoraretur/ qui diabolus neque
per amore neque per timore aliquo
adoratur Sed quia divitias promittit
aut dat/ quo autem expediat diabolus
ab omnibus omnia tollere et unum dare
ut ab omnibus contempnatur et ab uno
tollatur Sed neque illud dicere possumus
quod unus quisque quod sua teneret
esse autem super omnia esset/ unus
autem supra omnes mundum/ neque
fuit aliquis neque fieri potest ut non
sit ei aliquis non subditus/ Primum propter
deum/ quia non credebat diabolus hoc
facere posse Secundo propter ipsum diabolum

Gaudium enim et gloria et potestas diaboli
in regno est nisi in superbia et in i-
nvidia in ira et in vana gloria et similibus
Ubi hec exercentur unum regnum di-
versis stare non potest/ sed necesse est
ut dividatur amplius/ Ubi autem
hec non exercentur diabolus non colitur
neque regnat/ Quomodo ergo sibi re-
gnum tolleret et illi daret/ Deinde
quod si fuisset tunc in mundo aliquis
regnum teneret Nam et si potuisset
dare et et tollere potest divitias/
sed neque dare neque tollere potest divi-
tias/ putas non sed voluit tollere
Iob 1 et 2 divitias Iob/ sed non potuit nisi
cui permissum est/ Numquam non voluit
Mt 4 et 19 et sequentibus si potuisset tollere regnum de manu
David/ ita vero non est in manu diaboli neque
Pro 8 regna illius Scriptum est enim per me
reges regnant et per me tyranni sci-
bunt iusticiam Sed ea que per iniustitiam
aguntur in mundo ut puta per furtum
aut per iniuriam acquisitas divitias
aut aliqua proditione animae tue
suscepisti honores/ illas tibi di-
vitias diabolus dedit sed non ipse di-
vitie diaboli sunt sed per missiones eas
Res autem ipse ipius sunt ...
ipsas ad probationem sanctorum et peccatorum
Et sunt duas condiciones posuit
in medio/ ut et diabolus possit illas
dare et deus Nam deus potestate
diabolo non absolute dimisit ut si quid
cum peccato acquiritur per diabolum dentur

Dum autem sine peccato p. d. n. Erat enim oculos et aures et os et cetera membra, inter duas conditiones sic traxit in medio iter et dixit: apiat oculos hominis deus. Dixit enim ad turpem rem apiat oculos diabolus, aperuit oculos eius. Si autem ad iusticiam deus. Sic ergo per hec membra nostra iniquitati adversarius agit. Sed hodie nobis iam membra nostra diabolus sic. Si enim bene consideres magis diabolus male ipse fecit in prauitate hominis quam in prauitate diaboli. Nam diabolus non quibus ipse vult dominatus dat, sed qui voluit ab eo accipere. Homo autem in prauitate sua acquisivit eas accipere ad uoluntatem suam adeo. Tunc dixit illi Ihesus: Vade retro sathana. (De ut^e 6) Scriptum est enim: dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. Et sine temptando diabolo ponit dicens Vade retro sathana, ut ne progrediatur ulterius temptans. Diabolus autem sicut iracundus est, intellige non quasi obediens ad preceptum recessit, sed aut ipsi diuinitas aut spiritus sanctus qui erat in eo expulisset inde diabolum. Quod ad nostram consolacionem perficit magnum, quia non tantum dominum hominis dei temptat diabolus, quadam vice sed quadam propter ipsius permittit eum diabolus enim quando ad se, numquam cessare temptans. Nec enim sed aliud acturus non manducat nec dormit

nisi opus aliquod aliud operatur, iustum ut temptet, ut fallat, ut subuertat. Hoc est cibus eius. Hic honor et gaudium. Nam propterea infatigabilis est in malo, sed manus dei repellit eum. Et si permittit eum paulisper temptare, propter fidem temptandum tamen repellit eum propter infirmitatem nam. Adhuc vide eum in prima temptacione perpessus fuisset temptacionis iniuriam dicente sibi diabolo: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant, non est exasperatus neque increpavit eum, sed ad secundam exaltatus est, sed sustinuit et minus sumpsit. Postea tamen contra verbum temptacionis contra deum dicit excepta. Valet et iustum quando esset iniuriatus dicente diabolo: Si filius dei es, mitte te deorsum. Turbatus non est, neque increpavit eum dicens: Vade retro sathana. Nunc autem quando diabolus dei presumpsit sibi honorem dicens: Hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me, et hoc quesiuit sibi fieri quod soli deo fieri debuit, exasperatus iratus est et increpavit eum et repulit dicens: Vade retro sathana. (De ut^e 6) Scriptum est enim: dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. Ut nos discamus illius exemplo iniurias nostras in iniurias illatas ab hominibus sive in dicto sive in facto magnanimiter sustinere. Irasci in iniurias et contemptum neque usque audire dictum sufferre, quam in propriis iniuriis

esse quempiam / paciencie laudabile est
dei iniurias dissimulare nimis est
impium Circa aliud Tercio simpliciter dixi
de temptationibus quibus temptatus
est dominus Nunc breviter perstringamus
quid ad nostram edificationem significat
Christi temptationes Et sequitur dixi
corporis tamen ieiunium esse abstinere a
cibis Est autem ieiunium abstinere
ab omni malicia / quia sicut caro de-
lectatur cibis / sic spiritus eternus peccato
Dicitur enim esse abstinenciam peccatorum
Secundum hoc ieiunium Christi in nobis intel-
ligimus esse abstinenciam peccatorum Ope-
Gen. 3 — cum manducacio ade de ligno sciencie
boni et mali prohibitum ab omnibus re-
cepta aperte est peccati prohibiti Con-
sequenter et ieiunium Christi intelligendum est
in nobis abstinencia a peccato Et / sic ieiunium
abstinencia est rei male sine dubio
et desiderium eius esuries est spiritus /
et visus spiritus rei intelligitur panis
Proponens ergo ieiunium sibi Christus / et non
suspectus de fideiussio panis / a dyabolo sibi
proponi hoc nos docet / ut si aliquis
filius nostri ut potest filius dei opus
eligens magnum operetur medio statu
sicut dixi supra et proposuerit
se abstinere ab aliquo usu corpo-
rali et delectabili quod est ieiunium
propter verisimilitudinem dei mandatum
ne interrupat Dicit autem loquente
in cogitationibus suis dyabolo et ad usum
rei illius pro voluntate interrupit / verus

Temptacio nostri ut x' quod significat ad nostram instructionem

peccavit postmodum / quod verum est et peccatum
sibi esse dicit ad usum hoc lapidem
in panem Et quamvis ab illa re
se abstinere decrevit / quia utique
potuit sine peccato si non decrevisset /
tamen quia quis decrevit abstinere
ab illa usum illius rei videtur
esse peccatum i. lapidem / propterea si
usus fuit eo peccatum sibi suspicit
in usum i. lapidem sibi mutavit
in panem distinctionem magis
quam interim Dicit et Apostolus de
in licitis videntur permittentibus
Mathei 7 — dicit Eve cum delusiment Christi
nube nolite habentes dampnacionem
quia fidem irritam fecerunt Et de
panes desiderium suum quasi esuri
tionem rudebat dyabolo in cogitationibus
suis / sibi persuadenti quia non
usu rei illius solo vivit homo
perfecte / et si vivit secundum corpus
vivit / et non secundum animam / ple-
nissime autem vivit in obseruan-
cia mandatorum dei Et ideo forte
non simpliciter dicit / dic ut lapidi
ut fiat panis ut de qualibet
lapide dixisse intelligitur Sed ita
dic huic lapidi i. quem ego tibi
ostendo Item assensio super templum
moraliter intelligitur pro altitudine
cordis sanctorum ad sanctitatem Dicitur
autem super pinnaculum templi ex
altitudine ipsius mentis eius cum
quibus inflatus fuit sic ut sanctus

et glorificatus fuerit quasi con-
sumatus, ductus est a dyabolo qui
supra templum et qui existima-
uerit se consistere in sanctimonie
summitate et ipsa estimatione
iactantie fuerit remoratus po-
situs est supra pinaculum templi
et stat ibi. Conuenienter autem
et ordinate exposuerunt euange-
liste proquam eum exposuerint
exposuerunt primum in temptatione
ieiunii superasse dyabolum ex
sequenti loco exposuerunt ductum
esse a dyabolo super templum, quia
victoria temptationis et ex
pletio alicuius operis magni
glorificationem operatur, et fit ia-
ctantie. Quod videns christus ieiunium
uoluntarie suscepit, super templum
(at enim) dixit dyabolus ut et tu qui
filius dei es adicias, quasi moraliter dicat
le, id est ad abstinentiam laudabi-
lem rei tue dum sponte prodibis
et alacriter extolli, ante ad fasti-
gium non acquiescas, quia nemo
se extollit ad altitudinem status
nisi ducente dyabolo. Nec enim christus
ideo acquieuit duci et constitui
super templum ut moraliter imitator
eius existens per iactantiam cordis
tu ascendas ad altitudinem
status. Nec enim uolens ascendit
quantum ad corpus set ductus acquieuit
duci et statui supra pinaculum
templi et audire sapere verbum Si
filius dei es mitte te deorsum ut
tibi ostendat exaltationis precium
ineuitabile .i. ut demonstraret
tibi ruine periculum quod omnes gloriantes
subsequi solet. Sicut testatur scriptura dicens
Pro 18 Ante ruinam exaltatur cor hominis et
ante gloriam humiliatur. Consequenter
Luce 14 et 18 dicit dominus Omnis qui se exaltat
Mat. 23 humiliabitur et qui humiliat exaltabitur.
Si ergo times ruinam de fastigio
status fuge exaltationem cordis
ad sanctitatem, et non patiens ruinam
de fastigio status. Cur autem omnem
iactantiam subsequatur ruina causa
est manifesta. Cum in omnibus qui con-
fidens est in operibus suis et gloriatur,
qui autem securus est, non timet, et
qui non timet nec cauet, qui autem
non cauet qui non super autem plantatur
a dyabolo eicietur. Et qui autem nichil
se existimat esse in inferiori templi
parte consistens, quantum ad se causa humili-
tatis, solicitus est de se, qui autem solicitus
est et timet, qui autem timet, cauet
sperat se ipsum et non sinit se duci
a dyabolo super templum. Talis fuit
1 Cor. 4 ille qui dixit non ex iam perfectus aut
iustificatus sum autem. Si ergo pa-
ulus timuit se dicere perfectum esse
quis audeat se estimare perfectum.
Si ergo perfectus filius dei es, et
aliquam laudabilem abstinentiam
suscepisti quasi exerces necessitatem

Super duabus temptacionibus dum temp-
tatus est christus te ut non intrupans
opus tuum sed ad perfectum deducas
Cum autem perduxeris ad perfectum
non glorieris. Est autem mediocris
es plus/ et nullum aliquis es affec-
tare potuit contra me temptacionem
tercia temptacio christus te ductus est super
montem excelsum et audiuit
verba perniciosa hec omnia dabo tibi
si procidens adoraueris me ut tu Mt 4
non magnus et altus et magnus
esse in hoc mundo fieri. Ascensio
enim montis illius est passio ad
magnitudinem et altitudinem diuiciarum
et glorie huius mundi cum ipsa passio 1 Tim 6
eorum de superbia cordis descendit
Et vide quo per ordinem dicat prius
ductus est super montem deinde gloria
mundi ostensa est ei/ ultimo loco
porta est ei condicio/ ut si adora-
ret diabolum omnia fierent eius
Sic et tibi contingit qui magnus
et altus festinas fieri in mundo et
ascendis in montem que diabolus sibi
elegit ad seducendum. Cum enim
vis fieri altus et magnus quod est
ascendere in montem diabolus ducere
incipit die hac nocte cogitare
de diuiciis acquirendis et suscipien-
dis honoribus/ et mittit oculos mentis
tue/ per illa vniuersa conprehendere. Deinde
quod princeps huius mundi gloriosi et
regni sui tibi ostendit. Cum autem
senserit te diuiciis cogitacionibus

huius mundi inquinatus cordem bo-
norum bonorum accessi. Ultimo
loco tales tibi prouidet causas
ut necesse sit tibi si volueris
illa consequi/ diabolum adorare
relinques fidem dei/ et sumes
dyabolus/ id est negliges iusticiam
dei. Si autem eliges adorare
deum, iusticie eius et sumere ei
seruire mandatum ipsius illa omnia
non sequeris. Vnde dicit apostolus: Ob-
secro vos fratres studium habere
quietis et negocium vestrum et ope-
randi manibus vestris, et vllius de-
siderium sit vobis adeo qui
fortes sunt. Ceterum habentes
autem alimenta et quibus tegamur
his contenti simus. Nam qui diui-
tes volunt fieri incidunt in tempta-
cionem et laqueum dyaboli et desi-
deria multa inutilia et noci-
ua que mergunt homines in
interitum et perdicionem. Radix
enim omnium malorum est cupiditas
pecuniarum quam quidam appetentes
erra fidem naufragauerunt.
Ergo omnia ista promissa sunt
et omnia hec contempsit ut ne
gloriam dei diabolus daret/ ut et
tibi etiam si totus mundus fuit
datus tibi ut diuitias deum/
non facies amplius diuitias quam
gloriam dei. Nec enim iustum est
christus creaturam dimittere creatorem

Angeli boni et mali semper assistunt homini

propter creatorem creaturam. Cum
deus dimittat dare tibi potest diminuere
autem tibi dare demum non possit.
Non enim Christus se temptatus est, de
propter nos et non sibi vendicat
sed nobis. Tunc reliquit eum diabolus
et accedentes angeli ministrabant
ei. Non dicit et descendentes angeli
ministrabant ei ut ostendat quia
semper ad ministerium eius erant angeli
intenti sed tunc precipiente domino
cessaverunt abesse ut locus diabolo
ad se subeundi daretur, ne forte
videntes angelos circa eum non
appropinquaret ad eum. Preterea in-
visibiliter sit cum homine [illegible]
Duo enim sunt angeli permanentes
in homine bonus et malus. Reg. Gre. II
Quamdiu circa nos est angelus
bonus numquam nos in temptationem
impellit angelus malus.
Quodam autem dispositione dei re-
cedit aliquantulum angelus
bonus, malus autem non recedit
sed abscondit se in invisibilem.
recedens autem diabolus. Cum si
voluit angelus bonus adiutorio
non videtur. Subtraxit ergo se
ut det diabolo licentiam temptandi
et stans expectat temptationis
adventum. Quando autem aliquis
concupiscentia male rei ascendit
super cor tuum et pulsat aliquod
genus peccati, non est circa te angelus
bonus sed diabolus loquens in corde
tuo temptat te primum et compellit.
Si tu ergo permanseris constringens
cor tuum magis autem diabolus in corde
tuo constringens tu te non poterit
superare. Descendet autem. Si vero tandem
concupiscentia recepit cor tuum insultare
quia evasisti, et quod quidam sonus
ante tacentem letatur, et gratias agit
deo, recognoscens quia autem recedet
diabolus, et post temptationem victo
statim accedens angelus ministrat tibi.
Cum autem ministrabant ei angeli
scimus autem in quibus rebus autem illi
ministrabant, scire non possumus [illegible]
ad similitatem ministrationum quoad
nos et per angelum Raphael sanatur
Thobiam. Eum autem ad receptionem
[illegible] eum ad effugationem demonum
eum quidem multa opera sua per angelos
facit verum est. Angelus autem in
sanctitatibus ipse facere videtur qui dat
illis faciendi preceptum et potestatem.
Tamen manifestissimum est quia et
si ad opus eius ministrat ei non
propter necessitatem impotentie eius
ministrat ei sed propter potestatem eius
ipsius honore. Etiam ministrat ei
non adiuvat eum. Cum audisset
autem Ihesus quod Johannes traditus
esset recessit in galileam. A quo
sine dubio adeo, quia in divinis

sanctum nemo potest aliquid nisi tradi
derit enim deus. Nam peccator in
peccatorem forsitam quia licet est va
lidus sustinentia dei peccator in vermem
autem dei sine dubio nichil potest
quia peccator est omnium spiritualium
Mat. 10 nisi. Nam enim dicit alibi. Nonne
duo passeres asse veneunt et unus
ex eis non cadet super terram sine
precepto patris vestri quanto magis vos
incredule fidei. Vestri autem capilli
numerati sunt omnes. Omnis homo
consuetudinis fuerit malus prius sepe
faciat aliquam iniquitatem quam tardi
or est ad opus iniquitatis. Cum si se
mel cepit facere iniquitatem iam
paratior fit ad omnem opus iniquitatis
quod. Sicut enim bestia quamvis
sit natura fera tamen si excitata fuit
non faciliter se super homines iactat
Sed autem homines accepit ante aliqua
bestia sanguinis accepit gustum
iam si viderit homines statim aliquem
mortem currit super eum. Sic et
herodes et si prius erat iniquus
tamen postquam cepit adulterium fuit
est exasperatus opus pessimum
est ausus facere. Johannem decolla
vit in carcerem se ipso iniquior et
audacior sibi metipsi factus cum
omnibus convivantibus sibi in
morte Johannis. Quod sicut Jhesus
decessit iudeis non quia timebat mortem
sed propter duas causas primo ut

Exemplum de
fugiendi periculum
dat duo [illegible]
propter duas causas

passionem suam oportuno tempo
re servaret deinde ut nobis fugiendi
periculum daret exemplum non quod
ille timebat periculum temptacionis
sed quia nos non audieramus
temptacionem. Videns ponere
viam iustitie passit quasi ingredi
ut nos eum sequamur quasi desti
pulo. Manifestum est quia non con
sideravit quia tempore sancte potuit
et non nos desiderabit eius esse non
poteramus sequi eum non preuale
res. Et relicta civitate Naza
reth venit et habitavit in Ca
pharnaum in finibus zabulon
et nepthalim ut adimpleretur
Ysa. 9 quod dictum est per ysaiam prophetam
Terra zabulon et terra nepta
lim viam maris trans iordanem ga
lilee gentium. Sicut docet
hystoria hee tribus ante decem
transmigrate sunt in babiloniam
Debuerunt ergo omnes quos
ante ira dei percussit ipsos primum
misericordia dei visitavit. Et qui
qui primum ducti sunt in captivitatem
corporalem ipsi prius de spiritua
li captivitate reducti sunt. Populus
qui sedebat in tenebris vidit
lucem magnam et qui sedebant
in regione et umbra mortis
lux orta est eis. Sedebant
ante in tenebris iudei qui erant
iniqui sub lege dei iustitia non
erat manifesta et si erat ibi

iusticia / tum figuris quibusdam
et misteriis rerum carnalium
fuerat cooperta. Et tale est cum
misterio incarnationis christi. Tene
bre enim erant maxime / secundum
legem / que non ad manifestandam
dei iusticiam fuerat data sed ad
puniendum duriciam cordis eorum
mt. 19 sicut ait dominus propter duriciam
cordis vestri moyses etc. mandat
et non ad salvandos eos sed ad
coarctandos ut mediati per legem
non cognovissent lumen quod ma
nere habent. Vel dic aut in tenebris
in pietas lumen magnum id est populus
quia multa lumina fuerunt inter
iudeos. lumen fuerunt moyses
et Ihesus / et ceteri iudices prophete et
omnes doctores / lumen ut eorum
quos illuminat doctrina sicut scriptum
mat. 5 est / Vos estis lux mundi. capitulo v.
Ante lumen est populus / in regio
ne autem et in umbra mortis
sedebant gentiles / aut quia
inhonestates mortiferas faciebant
aut quia ydola colebant et
demones / quorum cultura ducebat
eos ad mortem eternam / Iudei autem
qui secundum legis opera faciebant
ideo in tenebris erant / et in regi
one et in umbra mortis quia
non erat quod iusticia quam facie

bant / tum facientibus eam et si gloriam non
dabat mors non contingebat / quia dei
erat mediata / Umbra autem mortis
estimo peccatum ydolatrie / Vel dic enim qui
vivunt in cognitione dei et christi quam
ius agnitio ipsa sit vita / tum donec
sunt in seculo isto / non sunt in vita vi
sed in umbra vite / quia per fidem am
1 co 13 bulant et non per speciem et per speculum
et in enigmate vident non facie ad
faciem. Sic qui in erroribus doloris
vivunt / licet ipse error sit mors tum
non dum sunt in vera morte sed in umbra
ps. 43 mortis / testatur propheta dicens Et declinasti
nasti semitas meas a via tua et coop
eruit nos umbra mortis. Quare cum
dubio operuit enim ignorancia di
vinus via de via dei fuerit declinata
Regio autem mortis mundus est iste
Sicut enim terra illa vivorum est de qua
ps. 26 dicitur Credo videre bona domini in terra
viventium. Sic terra hec regio mortis
est propterea ad plenum deo placere
non possunt degentes in ea / quia
ipsi et si vivi sunt propter opera
viva et fidem christi / tum quia in morte
vivimus tum quia principaliter contaminati
sumus / ideo et paulus dicebat Ad
ro. 7. Rom. vii. c. ad finem Quis me
de corpore mortis huius liberabit
Corpus enim hoc est mortis / quia
non vitalibus sed mortiferis voluptatibus

voluptatibus est subiectus. Et vide
quid ipse dixit propheta iudeos quidem
vidisse lucem magnam gentibus
autem ortam esse apud iudeos enim erat
agnicio filii dei, non autem videbant
eum, quia sedebant in tenebris
legis aut peccatorum. Apud gentes
autem numquam fuit agnicio filii dei
Iudeis ergo quod dixit visa, gentibus
autem orta. Dicitur autem Caphar
naum iuxta fines iudeorum et gentium
posita est. Exinde cepit Ihesus
predicare et dicere Penitenciam agite appro
pinquavit enim regnum celorum. Exinde
i. ex quo testificatus est a Iohanne
nec enim predicare credibiliter potuit
nec testibus patris contentus, nisi testifica
tus fuisset ab eo, quia nemo po
sset esse testis alterius idoneus
nisi ipse qui testificatum fuit ab
altero. Testificatus est autem ab
eo sic: Ecce Agnus dei ecce qui
Io. 1 tollit peccata mundi, ut omnis qui
ordinatur ad predicandum bonum testimonium
habeat apud eos, et ab hiis qui sunt
1 thi. 3 foris sicut dicit apostolus. Tamen enim
verbum vivit ipsum solum salvat ver
bum autem bonam secundum opinionem multos
edificat. Quid enim prodest si bonam
vitam agendo te vivum salvas et
malam famam habendo plures
scandalizamus. Tunc cepit Ihesus

Mat. 3 predicare. Hoc quia in aqua baptizatus
est et a Iohanne in spiritu autem apparuit
ut possit de illo alios baptizare
secundum hominem dico, quia si non
fuisset baptizatus alios baptizare
non potuit. Unus autem indiget vesti
ad induendum, aut quo medicus
alterum faciet divitem. Dicit ipse qui
baptizatus non est. Unus alteri potest
dare baptismum secundum hoc ut di
xerit dictus, quia ubi est fides
illic est ecclesia, ubi est ecclesia ibi
sacerdos, ubi sacerdos ibi baptismus
ubi baptismus ibi sanctitas, ubi autem
fides non est, nec ecclesia, ubi ecclesia
non est nec sacerdos, ubi sacerdos
non nec baptismus est. Quod ergo
reprehendit, quia secundum baptismum
quid non intelligit. Quod est primum
Exinde cepit Ihesus predicare, postquam
autem temptatus, sicut autem
vicit in deserto avaricia superavit
in monte vanam gloriam repulit
in templo. Ut nobis ostendat
quia qui vincit sic potest dicere
post quam secularibus bona contempnit
qui vanam gloriam non desiderat
ille debet Christi vitam facta
Christi iusticiam predicare, qui contrariis
viciis carnalibus omnibus dicit non
placatur flamma succenditur
Item ex quo traditus est Iohannes

ex tunc predicare cepit. Nam si
vivo Johanne predicare cepisset,
sine dubio vilem fecisset Johan-
nem, vel videretur predicatio eius esse
superflua quantum ad istius doctrinam,
quemadmodum sole vivo tempore lux cum
lucifero oriatur, gratiam luciferi
celat. Tamen sapiens medicus predica-
tionis sue suspendit initium, quod predi-
care conspectum erat Johannes: Penitentiam
agite, appropinquabit regnum celorum,
non ut conculcet Johannis doctrinam,
sed ut magis confirmet. Nam si
adhuc illo vivente hec eadem
predicasset, forsitan conculcare videre-
tur. Aliud autem quia eo recluso incipit,
non conculcatio sed confirmatio invenitur.
Confirmat autem doctrinam Johannis ut
testem verum fuisse demonstraret.
Nam si Johannes est verus testis,
testimonium eius verum est quod dixit
de Christo. Si autem falsus est testis,
et omnia glosa falsa fuerunt que
dixit de Christo. Ergo dum Johannis
doctrinam confirmat Christus, se ipsum com-
mendat. Penitentiam agite. Creator huma-
ne nature scit quid necessarium
sit humane nature. Sciens enim
dominus quod nullus hominum perfectionem
iusticie perveniat, sed dum sequitur
delectationem carnalium, contemp-
nit gloriam spiritualem. Ideo non
statim iusticiam predicavit, quia
omnes cognoscebat, sed penitentiam qua
omnes homines indigebant. Omnis quoque
homines contra iudicium dei auxilium est
dicere: Quia ego volo bonum esse et
non possum. Dominus enim qui in primis
iusticiam sed penitentiam predicavit, non nature
ignorantie sed voluptatis culpam imperio
ubique esse demonstrat. Penitentia enim est
correptio est voluptatis, non est emendatio
nature. Esse primum creator dominus
intendit in mundo ut sui operis
culpam emendaret, non mans errores.
Appropinquabit enim regnum celorum,
id est beatitudo regni celestis, quia parari
sunt fidelibus deus. Ac si dicat: prepa-
rate vos penitentia ad percipiendam
beatitudinem regni celestis, quia appro-
pinquabit tempus mercedis reddende. Vel
mala timentes aut bona concupiscentes
attendite, quia appropinquabit regnum
celorum. Ut vos mala non terreant
vel bona delectent, aut si regna non
concupiscatis, vel tormenta timete.
Gaudeant iusti quia iam fini-
untur mala eorum et incipiunt bona.
Lugeant peccatores quia iam bona
transierunt eorum et incipiunt mala.
Et merito non timuit homines iusti, quia
mala passi sunt cum et perire esse
nobis iustis quia mala. Nam
recordatio transactorum malorum non
solum iuvat, sed adhuc magis
delectat. Nam mala quamdiu
presentia sunt gravia videntur. Cum

Penitentia quid sit

bene iusfacta fuerunt recordatio eorum
gloriatio est / aut quid prosunt peto-
ribus quia bona sua transierunt tu
reperiunt esse in malis / nam recordatio
iusfactorum bonorum / non solum adiuvat /
sed adhuc amplius gravat / Nam quod
dum putatur sunt delectabilia videntur
tum bene iusfacta fuerunt recordatio eorum
magis affligit Et ista predicatio
prime qualem fructum genuit ipse se-
minavit verbum prime / et in macedonia
minavit verbum prime / et inmaca-
tos peccatores iustitie messuit Ambu-
lans autem Ihesus secus mare vidit
duos fratres Symonem et Andream
Quicquid aliquis dicat aut faciat
vocat apostolos ut nihil eos lateat
nec verborum proprie nec operum nos
videmus et audimus non loqui videt
eos non corporaliter sed spiritualiter
Non ad facies eorum / sed ad corda respi-
ciens Et elegit eos non quasi apostolos
sed quia apostoli poterunt fieri Sicut
artifex si viderit gemmas preciosas
et non dolatas / eligit illas non
quod sunt / sed quod fieri possunt bonum
in proposito .i. non adhuc ordinatum /
non contempnit Sic et dominus videns
illos non opera eorum elegit sicut
corda eorum directa recta et future
dignitatis gratiam artificium sui ope-
ris prophetavit ut intelligamus quia
non solum ista secunda piscatio spiritualis
adhuc erat eis donata / sed etiam

prima illa corporalis deo providente
in eis erat ordinata Nam sicut
qui rete iactat in aquam nescit
quos pisces comprehensurus est sed
quos deus transmittat illi in
tant in rete / Sic et doctor
qui divini sermonis rete super
populum iactat / nescit qui sunt
accessuri ad deum / sed quoscumque
deus excitaverit illi adherent
doctrine Ergo sicut in piscatione
labor solus requiritur piscandi /
deus autem transmittit capturam
Sic et in doctore nihil requiritur
nisi in sacra doctrine / populum autem
non corrigit homo sed deus Sic enim
dicit dominus per prophetam Dic hec
ad Ihesum filium Iosedech sacerdotem
magnum Iosedech sacerdote magno
Si bene custodieris atrium
meam dabo tibi qui habitant
in ea / Et ait illis venite post
me faciam vos fieri piscatores
hominum .i. doctores In rethe ubi
comprehendatis homines de hoc mundo
falso et fluctuabundo et tempe-
stuoso et instabili et perfido et
semper periculoso / et venient homines
tuto / ubi homines non ambu-
lant sed feruntur inviti / quia
nolentes violentia eum duci
concupias multas tempore premit eos
mentis sic facturo cordi vellet

.:. plura quere in mat ad medium

act 4

zacharie 3

Vestre opo piscatum dicit homines p(er) h / hominum piscatores

tatu/ quia in delectacione compellit
ad mala opera ut homines alterutrum
se comedant sicut pisces semper
forciores devorant infirmiores
ut tu scilicet vivet in terra fructifera
corporis christi scilicet membrum corporis
eius/ et in terra fructifera in terra
dulci/ et super tranquilla ubi non est
tempestas ad mersionem/ nisi for
te ad tempestacionem fidei et pacien
tie fructificacionem ubi homines
ambulant non feriuntur ubi se alterutrum
non comedunt habitantes sed fovent
Ecce de vobis evangelium in manibus
vestrum/ et alterum retibus divisarum
formarum et obligatarum parabolarum
virtutum ad invicem ad vinculum
doctrinarum Narracionibus tribus
quasi hic hinc et illinc dispersis
texturam nimis mirabilibus et promissio
nibus beatitudinum que quibusdam modis
indissolubilibus colligatum pro psychis
et occultarum cogitacionum cogi
tacionibus demonum confessionibus
et resurreccionibus mortuorum/
nimis confortatum ita ut in sinu
suo tutissimo diligens possit
racionabilium hominum continue cap
turam/ non ut de rete ex aliqua
parte exeundi occasionem querat
per aperturam aliquam neglectam
aspectu sancto qui texuit ipsum
Hoc dicit aliquis intrasse Non

sine causa secuti sunt christum talia
promittentem Quid enim minora tibi
promittit Nonne si bene consideras plus
regnum celeste tibi promittit Nonne
angelicam vitam/ Nonne hereditatem
eternam/ et quare non quereris eum
Sed illi secuti sunt qui celestium bo
norum amatores erant non terrenorum/
qui autem eum non sequuntur quia
non celestium sed terrenorum amatores
homo enim carnalis nullum bonum
credit esse bonum nisi carnale bonum
et nichil quod credit esse solidum
tum/ nisi quod est super terram Non
ergo illi doctorum cupierunt honorem
sed doctorum operis lucrum sicut eventus
ostendit Si enim apostoli honoribus
apostolatus sui secuti sunt/ sine dubio
apostoli eciam cupierunt honorem
Si autem non solum apostolatus sui
honorem secuti non sunt humilitatis
causa. sed eciam propter hominum salutem
et gloriam christi passi sunt diversa
supplicia manifestum est/ quia tunc
non apostolicum honorem concupierunt
sed questum apostolica operis et laboris
Sciebant enim quia preciosa est anima
hominis/ quia grata est apud deum
salus ipsius/ quia mercedis est
hominem edificare sedem deum concupi
erunt et secuti sunt In autem
non conceptio talia Quid enim

divitias di/ligere et Christo / placere nemo / potest

desideres alterum posse salvare qui
teipsum salvare non curas. Et relictis Jo. 17
retibus suis secuti sunt eum. Ne
aliquis forte dicat Aug. non possem Jo. 13
divitias diligere et Christo placere, ideo
relinquentes retia sua apostoli nos
docuerunt, quia nemo potest terrena
possidere et perfecte ad celestia properare.
Considera quod inter celum et terram
aer medius constitutus separat
creaturam utramque ut videatur quia
inter celestia et terrena mala potest
esse convenientia. Celestia enim spiritualia
sunt et levia et naturaliter semper sursum
potentia. Terrena autem ponderosa
sunt et semper deorsum deponentia.
Si spiritualia teneres sursum tendun-
tur, si terrena, deorsum te deponunt.
Ideo igitur reliquerunt retia ne magis Exo. 28
eis facerent impedimentum laboris
quam adiutamentum utilitatis.
Et procedens inde vidit alios duos
fratres Jacobum Zebedei et Johannem
fratrem eius cum patre in navi compo-
nentes retia et reficientes. Similiter
vocavit eos. Erant enim huiusmodi
tunc delectatione dilectione to-
tis cordibus arte officio pares fraternitate
proprietate communi. Ideo simul vocavit
et istos ne tot bonis verbis convictos
desilis vocatio separaret gratia se
aliquis debat dispari fratrum utilitate
locutus est, cum omnibus etiam proprie
in caritate fuerat construenda.

Sicut ipse dicit: Hoc est autem manda-
tum meum ut diligatis invicem
sicut ego dilexi vos. Et iterum:
In hoc cognoscent omnes quia discipuli
mei estis si caritatem habueritis ad invicem.
Sicut enim in corporali edificio
lapis ad lapidem cemento iunctus
recte construitur, sic in edificatio-
ne ecclesie fratres ad invicem conectuntur cari-
tate mediante. Ideo super fraternitatem
caritatis ecclesie componunt fundamenta
ut radicibus caritatis ex uberius
quasi humor ascendat in ramos
eis. Et hanc supernalem caritatem
et non solum pregravem sed etiam primam
in patris caritas amor habeatur.
Sic enim fecit deus in veteri te-
stamento, edificatur enim templum illud
per legem super Moysen et Aaron
fratres posuit edificationis initia.
Cum autem habundancior gratia futura
erat novi testamenti quam veteris,
ideo illud quod templum edificavit
super unam fraternitatem, hic autem
super duas. Componentes retia,
quod est maioris paupertatis indicium,
quia vetera componebant quia nova
unde emerent non habebant. Et
commendamur eorum proprietate pertinet
in tanta paupertate sic patri suo
succurrebant ut secum eum habe-
rent in navi, non ut ille eos
adiuvaret in opere sed ut ipsi

illum consolentur consolarentur sua
pucca Tum aute illi quod rese
runt mittentes rethia ponuntur
ewangeliste isti aut componentes
Non me racione esse hic credo magnie
tu poteras dice sine dampno
aliquo intellectu Et ibi vidit
illum et illum et non dicit compone
tes rethia Item estimare illos
quod quasi velociores ad predicand
quia iam erant mittentes rethia
istos aute quasi pigriores quia
adhuc componentes erant rethia nec
sunt ausi quia dicam illorum talem
cognoscere e salis popl Vel forte
quod ipse petrus illi dicti sunt mitte
tes rethia isti aute ipse Johannes co
ponentes quia petrus predicauit
tum ewangelium et non composuit Jacobus
et predicauit ewangelium et ipse composuit
et non solum composuit sed ceterorum
ewangelistarum rethia ipse composuit
Nam euangelium humana scripsere
sola composuisset esse commistum
eis/ecia duina eius ipius ut
illam derelinquerent spiritus sanctus
stadili appertura in eis unde
pisces egrederentur Et ut ymo
dicam ex sup intextura rethis
obvissimus ex eundem composuit ei
quasi plumbea grauamen ex
tingwibilia flamarum et

ry mortalium humini supplicia
ponderosa ut possit humanorum corde
penetrare per studium At illi relictis
retibus et naui secuti sunt eum vide
quia petrus quod et andreas dicuntur
reliquisse rethia Jacobus aute et
Johannes patrem et nauim Tria sunt
enim quatenus omnia que relinquere
debet qui venit ad opus/actus car
nales substantiam mundialem parentes
carnales/Per rethia enim piscatoris
actus carnales relinquendi significatur
per nauim aute substantiam mundialem
per patre vero omnes parentes Et
vide quia prius rethia relicta signa
tur/per ea nauis/in tercio loco pater
quia prius debent actus mundiales
relinquere/isti sunt enim qui precipue
nocent ad spiritualia/Secundo substantiam
qui non tantum nocent aliquibus hominem
immo quando ago aliquem actum
tum ex hac causa hic nocent In nouissime
parentes qui et ipsi quandoque nocent
tum minus nocent quia diuicie et
actus huiusmodi scilicet Reliquerunt ergo na
uem/ut fierent ecclesie naues gub
natores Reliquerunt rethia ut iam
non pisces apportarent ad ciuitatem
terrenam/sed homines ad ciuitatem cele
stem Reliquerunt et patrem ut fierent
spirituales genitores Et
trahebat ihesus totam catholicam

Omnibus rex pugnaturus contra adversari-
um regni sui primo congregat exercitum
postea vadit ad pugnandum. Sic et
dominus contra dyabolum pugnaturus
primo congregavit apostolos et sic
cepit per totam galileam predicare

Dyaboli oppugnacio est vitale peccatum

Oppugnacio enim dyaboli est peccatum
to vitale / sagitta mortifera est
visceribus eius / sermo iusticie dei
directio eius est opus signorum / spoliacio
peccati eius est conversio fidelium. Et
rex quidem terrenus congregat exercitum
ut eorum laboribus ipse gloriam consequatur
Iste autem congregavit apostolos non ut
eorum laboribus ipse gloriam consequeretur
sed ut suo labore illis vitam eternam
prestaret / Circuibat totam galileam sicut
studiosus medicus qui circuit egrotantes
singulis convenientes passionibus adhibens
congruas medicinas / quia debiles
illi ad medicum venire non poterant
Et dicitur quod circuibat singulas re-
giones. Nos autem qui sumus vice
tuarum regionum pastores. Et si regi-
ones circuire necessarium non habe-
mus singulas species passionum perscru-
tari et considerare debemus i. diligenter
attendere que sunt in populo / qui ava-
ricie morbo laborat / ut aliquem
sermonem de malo avaricie faciamus
ad medicamentum sanitatis illius

qui avaricie stimulis agitatur
i. thi. 6. sermonem pauli sumat dicentis habentes
alimenta et quibus tegamur
his contenti simus. Item qui vo-
lunt divites fieri incidunt in
temptacionem. Item debemus illis
providere qui in populo carnalibus
libidinis febribus valde labo-
rant ut ad remedium passionis
eorum aliquod medicamentum in certa
proferamus de apotheca medicina-
i. cor. 6. li. Apostoli dicentis Omne peccatum quodcumque
fecerit homo extra corpus est
qui autem fornicatur in corpus
suum peccat. Et quemadmodum pa-
tres familias studiosi sunt in domo
sua quod unusquisque necessarium
est. Ita et sacerdotes singulorum mo-
res et actus considerare debe-
rent ut qualem medicamentum
necessarium sit subinferant. Cum
consolacionem cum increpacionem. Cum
autem asperiorem increpacionis
medicamentum portandum sedentem qualitatem
passionis illius non debet
indignari / quia nec infirmus
irascitur cum visus medicus si posu-
erit aliquam medicinam morden-
tem. Nec enim considerat asperitatem
medicine et irascitur. Sed considerat
benivolenciam medici / et sciat
nec quia prodesse illi desiderat

non noceat. Sicut autem infirmus
quamvis ipse venit ad medicum ex
parte iam sanus est. Sic et peccator
qui venit ad sacerdotem et doctrinam
aut penitentie medicamentum
corporis iam iustus est. Illud autem
gravius tenet infirmitas quem
sacerdos sequitur verbis, et ille spiritualium
verborum medicamentum non sentit
nec melioratur, sed quasi qui
stomachum patitur, quicquid mandu
caverit aut biberit totum vomit.
Sic et illa anima peccatoris quicquid
audierit statim de sensibus suis pro
icit foras. Sicut illi infideles
iudei de quibus dictum est. Omnem
escam abhominata est anima mea
eorum, id est omnem escam doctrine
inveniunt doctrinis et predicationis
evangelium. Aliud est docere, aliud
est evangelizare. Predicere docca
bat enim eos dicens iustitias
naturales quas et si ille non docet
ratio naturalis illos doceret, ut
puta castitatem humilitatem
et patientiam, et huiusmodi similia
que homines et si non audiunt
tamen a semetipsis bona esse omnes
intelligunt, sicut dicit Ad Romanos
c. ii Apostolus. Cum enim gentes
que legem non habent naturaliter
que legis sunt faciunt etc. Sed for
te dicas, si ea eos docebat que omnes
intelligunt quid opus habebat
eos docere. Audi doctrinam non
tam propter manifestationem veri obscura
rerum inventa est quam propter
excitationem cordis et sensus. Talis
enim humana natura ut puta per
voluptatibus delectationibus carna
libus in homine, scientia que est in con
scientie naturalis concluditur et quasi
in oblivione deducta, demonia
sopita appellatur, et ab dormit.
Cum ergo accipit doctor malis re
prehendere et repartitur mala car
nalia et ex desuetudine indicans con
passis delectationibus carnalibus
iterum scientiam in memoria eorum redu
cit et in sensibus reparat. Unde et
gladius dicitur sermo divinus, quia
quia sicut gladius carnes per
dit, sic et sermo divinus concupiscentias
carnales. Et quemadmodum sarculis
herbas de agro triticum carnales sunt
in illo. Sic et concupiscentia si perdita
ab homine iustitia in valescit, quia
sicut herbe suffocant triticum sic
concupiscentie carnales effocant
disciplinam. Vides ergo, quia doctrina
non novas scientias introducit sed ob
litas commonendo facit. Sic ergo sermo
humanus tota hic intuitu auribus
sonum prestans putas quid agebat

Que bona evangelium promittit

primo dicitur cum esset spiritus bonus
non tamen in cunctis sonabat sed in cor-
dibus operatus. Evangelizat
predicans misterium iusticie promitte-
bat. Evangelium est enim nuntium
bonum. Bona autem hominibus nuntiat
cum promittit eis beatitudo celestis
peccatorum remissio adoptio filiorum
mortuorum resurrectio, et immor-
talitas vite, hereditas regni
celestis et possessio glorie sempiter-
ne, societas angelorum et gaudium
spiritus, et fraternitas Christi et paterni-
tas dei. Hec enim antiqui ho-
mines manifeste non audierunt
nec sperabant, et ideo premia boni
operis non sperantes iusticie torp-
serunt laborem, et sustulerunt
se ad delectationes carnales
quia omnis iusticia molesta est
omnibus in carne viventibus. Propterea
labor iusticie non sustinetur nisi
merces laboris cognoscatur. Ideo
et ergo beatitudinem illis evange-
lizabat celestem, et corda eorum
ad graciam boni operis concita-
ret, et desiderium celestium premi-
orum. Aut dicas inspirans eis
prophetas de filio ipsius adventum,
ut ipsa in prophetacionibus doctrina
et doctrina esse, propter incarnationem
et evangelizatio propter demonstrationem
futurorum bonorum in ipso. Et

sanans omnem languorem et omnem
infirmitatem in plebe. Et dixit
languorem ad passiones pertine-
re voluit corporales, que aliquem
dicit, et omnem infirmitatem, ad
passiones autem spirituales non enim
graviores morbi anime sunt
quam corporis. Et siquis diversi-
tatis languores et infirmitates
potest eam utrique ad passiones
intelligere corporales, ut langu-
ores quod intelligerentur gravio-
res passiones, infirmitates
autem certa leniora. Sunt
autem dicens omnem languorem
omne genus scilicet gravium sive
levium passionum concludit. Aliquis
clausule autem additio est
superflua nisi. Unde quidem ad
corporales passiones intelligere
aliam autem ad spiritualem possu-
mus ut utraque clausula passiones
intelligere, ita .i. omnem languo-
rem sive corporalem sive spiritua-
lem et omnem infirmitatem sive
corporalem sive spiritualem, aut
infidelitatis aut puta quam avari-
cie morbis subditus est, aut
libidinis, aut vane glorie langu-
ore, ac patet. Cum autem
misterium dei vocationis ignorat
ille in finem infidelis habetur

Multi enim sunt qui possunt bona
facere et deo placere sed non faciunt
qui nescium vocationis dei ig-
norant et ipsi sunt infirmi. Quidam
autem sic passionibus carnalibus
sunt mancipati ut etiam si studeant
bene agere non permittuntur et ipsi
sunt languorem habentes. Sed
passiones corporales divinitatis
virtute sanabat, spirituales autem
verbo pietatis. Sicut enim medi-
cina corpori languenti, sic verbum
predicationis anime ignoranti. Deinde vi-
de quod non prius posuit sanans
omnem languorem et omnem inf-
irmitatem, sed primum docens et predicans
evangelium et postea sanans. Propter du-
as causas: primum quia mira-
cula virtutum edificant animas
sed verba pietatis. Illud autem pre-
mittit quod magis necessarium
estimatur. Deinde quia non verba
pietatis virtutes miraculorum
commendant, sed virtutes miraculorum
veritatem sermonis. Sicut ideo
credebat prius posse facere virtu-
tes quia veritatem predicabat.
Sed ideo credebat veritatem predi-
care quia poterat virtutes facere.
Et obtulerunt ei male omnes
habentes et curavit eos in

quibusdam locis poterat et illos
Mat. 4 curavit sicut est ibi. Et quotquot
tetigerunt eum sanati sunt. Hic
autem simpliciter dicit et curavit
eos, significans quia omnes curavit.
Sicut nominatus sapiens in medicis
intrans in civitatem et solius oste-
tatione doctrine sui artificii omnes
ad se venientes curat, et non cogi-
de ieiunio facte ut sit talis
ordo narracionis Tu autem
cum ieiunas unge caput tuum

et facie tua lava ne appareas
hominibus ieiunans sed patri tuo qui
est in abscondito reddet tibi
Intrate per angustam portam
Quia omnes quidem iusticie initium
ad vitam eternam angustum est eis in
vincta et corpori propter adversitatem
nature carnalis Nullum autem
est sic angustum et laboriosum
quam ieiunium servetur continuatum
Et ut scias attende Omnes
autem passiones carnales dicuntur
et sunt et specialiter carnis nascuntur
sive ira sive superbia sive in
vidia sive avaricia sive vana
gloria Precipue tamen sunt tres car
nales et intime et proprie car 1 cor 6
nis Prima et potissima dicitur
amor viri ad mulierem et
mulieris amor ad virum nec
tercio loco sompnus quia sine illis
quibus passionibus non consistit
pars carnis nature Ergo quasi luc 16
partes quedam et supplementa
sunt nature carnalis Quia ad
omnes illas passiones non
necessitas nature carnalis mat 24 et 25 mar 13 luc 12
urget sed presumptio spiritus car
nis adicitas autem ipsa ne
cessitas nature carnalis Unde
et gravius est eas cum carnali
peccato quia certas passiones
peccato labor est pollucta
tamen cordis Istas autem

Carnis passiones proprie et car
nales sunt tres

passionibus concedere non solum labor
est sed constringere et coercere et mor
tificare ipsius carnalem naturam
et quasi truncare se ipsam
quemadmodum si quis preciderit
aliquod membrum illius ipsius Sed ergo
hec tres passiones naturales sunt
et intime et proprie nature carna
lis illarum passionum abstinencia sic
sanctificat corpus quod abstinencia
harum ut sit castus ut sit ieiunus et ut
sit vigilans provenias Et nulla
illarum passionum sic coinquinat
corpus quia passiones iste ut sit
homo aut fornicarius aut
epulator aut sompno deditus Unde
et dicit apostolus Omne peccatum quodcumque
fecerit homo extra corpus est Qui
autem fornicatur in corpus suum pec
cat quia proprie de ipsa natura corporis
passio fornicacionis egreditur
Et dives in evangelio epulator erat
divite cum pauper lazarus adiace
bat et abraham non dicit fili recor
dare quia tu hoc vel hoc fecisti
in vita tua et nunc cruciaris
sed quia bona recepisti Et ubique
sapit dives in evangelio assidue vi
gilavit Ergo propter omnes quidem
iusticias precipue autem propter labo
riosissimum ieiunium dicit Intrate
per angustam portam Porta perdi
cionis est dilatata per quem autem itur
in Iehennam Porta autem vite

est celestis per quem intratur in regna
ps. 117 celestia de quo dictum est Hec porta
domini est iusti intrabunt per eam
lata autem porta dicitur esse diaboli
non magnitudine potestatis extensa
sed effrenate superbie licencia dila
Mat. 7 tatus Tale aliquid dicit dominus Beati
pauperes spiritu pauper spiritu est qui
cum sit magnus modicum se ostendit
Diues autem spiritu est qui cum modi
cus sit magnum se ostendit Sicut
diabolus superbia latus qui cum esset
minister dei in celo quasi deus super
celos se extendere voluit periit
contradictum porta autem angusta
dicitur christus non potestate paruitatis
exiguus sed humilitatis caritate
coartatus Sicut ipse de se testimonium
Mat. 11 dat dicens discite quia mitis sum et humilis
corde Qui non videtur tibi potestate
latissimus humilitate angustus qui cum
esset dominus maiestatis quasi hic
voluit in hac sola apparere et quem
totus mundus non capit seipsum
inter angustias uteri virginalis
inclusit Et aliter intelligitur diabolus
porta lata et christus angusta
quia diabolus omnes peccatores involutos
et vniuersam mundi sarcinam ba
iulantes recipit et ducit in
mortem christus autem non recipit
nisi nisi qui omnibus peccatis exuerit
se et deposuerunt omnem sarci
nam mundi et facti fuerint spiritua
les et subtiles ut quales in
trant in mundum tales exeant de
mundo Ad huc latus dicitur diabolus
quoniam apud illum sine lege sunt omnia
christus autem angustus quia sub bre
ue lege apud eum vniuersa con
sistunt Et vndique [?] cum sine lege
est solutum est quod autem sub
lege est sub angustum est via
autem perdicionis est omnibus
iniquitatibus Dicitur autem spaciosa
quia non est intra regulam
veritatis et discipline inclusa
Sed permissa carnalium volup
tatum et ambulantes in ea
non quod debent agere hoc agunt
vel hoc faciunt sed quod eos delecta
uerit hoc faciunt voluptas
autem eorum eis lex est sed lex
sibi illis via autem vite est
omnis iusticia Dicitur autem esse
arta quia intra regulam veritatis
et discipline est inclusa et
ambulantes in ea non quod de
lectat eos hoc faciunt sed quod
debent quia lex eorum voluptas
eorum est nec est sibi illis lex
sed ipsi sibi lege Considerandum
est autem quia via ad portam
ducit et nisi qui ambulauerit
per viam non potest venire ad por
tam Sic et qui iusticiam fa
ciunt illi soli possunt cognoscere
christum et intrare per ipsum Qui
autem non ambulat per viam

iusticie impossibile est ut vere cognoscat xpm quamvis multi etiam non ambulantes per iusticiam videntur cognoscere xpm. Si autem nec fuisti nec es in via iusticie et putas te xpm cognoscere mentiris. Sicut enim qui audit quod mel dulce est nec gustat de illo nomen quod mellis cognoscit gratiam autem eius ignorat Sic et qui audivit quod xpus est filius dei, iusticiam autem eius non fuit secutus, tantum nomen cognoscit gratiam autem eius nequaquam [illegible]

33 non decepit propheta? Audite et videte quoniam suavis est dominus sed gustate et videte. Tu ergo aliquando audiens de xpo nomen per cognoscens tantum ut dicimus quid autem iusticia sit scis ipm xpm gustavisti Si [illegible] nec incidit in manus diaboli quisque ambulat in via peccatorum, vere non incidet in diabolum? Declina viam que ducit ad illum et illam habet inter duas partem. Si autem ambulaveris in via que ducit ad illum iam non diabolo imputes perdicionem tuam quia ille te traxerit ad se sed tibi quia tu ipsi ad illum. Nunquam porta ducit ad viam sed via ducit ad portam. Sic non prius diabolus ducit homines ad peccatum sed peccatum ad diabolum ducit. Vides ergo hec via perdicionis qua notata est quia spaciosa est et in ea non solum volentes sed et nolentes incurrunt in eam et difficile est ut natus homo in mundo non aliquantulum incidat in eam. Primum enim lata est de longe videtur. Et ideo etiam insipientes antequam videant viam agnoscant vel intelligant istam videntur et tunc intraverit quis in ea prius vult sic agit nec coangustat in aliqua parte ita ut delectet eum ambulare per eam. Ambulant enim in ea gaudentes et ridentes non solum manducantes et bibentes sed etiam devorantes et inebriantes, ambulant in ea divites minantes pauperibus aliena tollentes et se divites facientes, ambulant in ea cum uxoribus non solum cum uxoribus sed etiam fornicatores et adulteratores. Et nemo sit tribulatus in statu. Et quis non delectetur quando ad carnem ambulare per eam. Hec autem via angusta primum nec facile videtur et ideo qui vult intrare in eam necesse est ut aliquantulum evagetur in via illa spaciosa donec consideravit aliquam intrat istam et tunc intraverit in eam non prius vult agere, quoniam enim tempore coangustat illa ita ut peniteat eum intrasse in eam

Ambulat cum flentibus lugentibus ie
iunantibus/ et si manducantibus et
bibentibus non tamen sine lege timoris
manducantibus et bibentibus Ambu
lant pauperes/ et si diuites non sibi
ab aliis aliena nec tangentibus sed
sua distribuentibus Ambulant
casti/ et si cum uxoribus tamen non sine
lege timoris et amore sunt distri
buentes/ blasphemati iniuriati
passi et spoliati Et quem non pe
niteat quicquid ad carnem intra
se peccatum Audi prophetam dicentem
pe 12 Mei autem pene moti sunt pedes
pene effusi sunt gressus mei quia
zelaui in peccatoribus pacem peccatorum
videns Item videntes homines
hanc tribulatam et angustam
viam multi recedunt ab ea/ et
quidam nec ab initio accedunt ad
eam vel volunt eam videre Quidam
autem concupiscentes volunt eam
videre et accedunt ad eam sed dum
considerant angustias et labores
eius recedunt ab ea Alii autem
audacter et intrant in eam
et per eam sequendo sustinent angustias
et labores eius et tandem recusant
egredi ad eam Adhuc autem
speciali dicitur illa via etiam
hac causa quia omnia que sunt
uxores/ filii/ parentes/ ara/ aurum/
argentum/ vestimenta/ domus/
possessiones/ omnes species ciborum
et potuum/ omnia artificia/ omnes
negotiationes uniuersi honores
et quodque mixtum est Et autem
visum delectat aut auditum
aut gustum aut odoratum vel
perducibus sunt non quia omnes
qui ambulant in illis rebus
pereant sed quia omnes iste res
ad peccatum compellunt Porta autem
vite angusta est quia via est
fides i. abstinentia omnium rerum
cum separat se ab aliis rebus illis
salvatur Porta dicitur quia omnes qui
sunt in illis perierunt/ sed qui
se separant ab illis salvantur
Se perat autem se non corpore sed
animo non loco sed actu Nam quamuis
sit in mundo non videtur esse in
mundo qui non vivit mundo Atten
dite a falsis prophetis Supra
mandavit apostolis suis dominus
ne elemosinas faciant coram hominibus
Mat 6 ut videantur ab eis sicut ypocrite
et ne orent ut ab hominibus vi
deantur sicut ypocrite Et ut non
ieiunent coram hominibus se osten
dentes sicut ypocrite/ et docuit
illos ut ne faciant sic et in
struit eos quia possibile est ypocritas
et elemosinas facere et orare
et ieiunare propter quod quasi iam
ad cognoscentes quia verum
in ypocritis fieri potest loquitur
dicens Attendite a falsis prophetis
qui veniunt ad vos in vesti
mentis ouium intrinsecus autem

Ouilia vestimenta

sunt lupi rapaces. Sunt qui
vestimenta ovilia, hoc est simulate
religionis, et bona simulata esse
vestimentum ovile, et actus here-
tice pravitatis quibus vestiuntur lupi
rapaces. Nulla autem res sic eo-
timat bonum quemadmodum simulatum
bonum, non manifestum malum. Quia
malum fugatur et cavetur, malum
autem sub specie boni vellatum dum
non cognoscitur, nec cavetur, et
sic quasi bonum suscipitur et eo
minus cum bonus estimat bonum.
Hec sunt dicti qui pessime vere christiani-
tatem corrumpunt qui se simulant
christianos, de quibus admonet dicens
sicut vos magis autem nos omnes
per illos dicens Attendite a fal-
sis prophetis. Quia magna virtus est
boni cognoscere bonum malum et
summa tutela scitur esse scire
quare fugias. Hec res sic periculosa
quia res est hec utilis valde est.
periculosa quia multi seducuntur in
eam et pereunt. Utilis autem
quia temptantur fideles per eam et ab
infidelibus segregantur. Nam
nemo erat de periculo nisi temptatores
nemo erat de premio probatus. In
illo enim negocio potest requies
inveniri nisi precesserit labor.
Quanto magis in spiritualibus rebus
nisi precesserit temptatio non potest
esse probatio. Attendite a falsis
prophetis. Premium sentencie oportet

Hec res periculosa et utilis valde.

quia sicut omnis falsi christiani. Nazianza-
nus pro certo sic christianos veros quia hec
quia questiones videntur dici christianos
quia christianos esse estimat. Quis enim tu
scit quia sunt christiani falsi aut ille
est falsus christianus aut tu. Quia tu non
ille, si ille aut quem tu estimas. Ergo
tibi prophetus maledicunt quia christianus non
quia est deus non suum confitetur filium tu
quem tibi estimas fratrem. Quia forte
dicas quomodo possum illum dicere non esse
christianum quem video prophetam confitentem
altare habentem, sacrificium prius
et vinum afferentem baptizantem
scripturas sanctarum legentem et in
ordine sacerdotum habentem. Vir sapiens
si non confitetur prophetam, et manifesta
esset gentilitas illius, et si sedu-
cebaris in eam insania erat quia
tu seducebaris. Nunc autem quia confi-
tetur prophetam, sed non sic quemadmodum
prophetas mandat, negligentie tue est
si ab eo seduceris. Qui enim in occu-
ltam foveam cadit negligens esse
dicitur quia non caute prospexit. Qui
autem in manifestam foveam cadit non
negligens dicitur sed insanus. Qui
autem de solis ecclesiasticorum ministe-
rium dispositi habet audi vicissim. Cum
et simie omnia membra hominis
habet et pomina hominem imitatur
nunquid propterea dicenda est homo. Sic
et heretici omnia signa ecclesie habent
et imitantur sed non sunt ecclesiastici
sancti. Duo quia non erant manifesti
gentiles sed absconditi, propter nomine

vano. Ideo non dixit aspicite sed attendite. Aspicere est enim simpliciter videre, attendere autem est tante consideracionis. Ubi enim certitudo est et indubitabilitas aspicitur, ubi autem incerta et dubitabilis attenditur. Oculis ergo opus est, quia est in illis aliquid quod aliis palio velatur desuper positum aliquid intus inclusum. Ideo dixit Attendite ut sciatis quod non carnali aspectu attendendum est sed vigilancia spirituali. Oculi enim illos corporales aspectus cognoscere non potest quia secreta veritatis habet. Nam homines qui potest videre mendacia veritatis velamine cooperta. Primum ergo attendendum est per opera bona. Quando enim opera iusticie facimus et nullo errore decipimur et ipsi omnem sentimus errorem. Nam ipsi res faciunt errare que faciunt alterius errorem non cognoscere. Nam qui non cognoscit malitiam alterius suam non intelligit veritatem. Ergo quamdiu bona opera facimus ipsum lumen iusticie ante oculos nostros adaperit veritatem. Cum et peccata peccatorum tenebris se facimus, et non videmus mendacium cadimus in illud. Vide enim ab initio propter quid homines semper est error. Si dixi non error diabolicus fecit homines malos, sed homines mali diabolicum sibi fecerunt errorem. Quia error si fecisset homines malos culpa erat dei qui tales homines fecit ut ab erroribus seducantur. Nunc autem culpa est hominis qui voluptate terre elegit errorem quia non potest error spiritualis in homine nisi peccata precesserint. Prius enim peccatis plurimis excecatur homo, et sic diabolicis seductionibus decipitur et cadit in nigredinem. Quemadmodum enim sole manente non prevalet nox, cum autem recesserit ad occasum tunc occupat mundum; sic quamdiu iusticie lumine in homine fuerit tenebre errorum eum non apprehendunt. Ergo bonis operibus vigilandum est quia error non generat peccata sed peccata errorem. Dicitur de sapiente: Simplicitas hominum trahit ad errorem. Nos autem sic admonet: Attendite quasi in vita dixit diabolus hereses introducat non in initio sed permittere. Quia enim gentes non credidissent in principio intelligibilis virtute fuisse diaboli qui gentes credere non permisit. Nam si diabolus aliquid potuisset ab initio credere non permisisset. Nunc autem quod omnes gentes crediderunt sed postea occasionibus facte sunt hereses manifestum est quod non fuit virtutis diaboli sed permissio dei. Et quare sic admonet quod quod voluit fieri quia non fuit necesse vult sed nos scire hoc. Ideo insistit temptacionem. Deus autem non vult per ignoranciam nos perire. Ideo admonet

Ergo temptacionem mittit ne
mali ad bonos convertantur. Ideo ac
admonet ne boni ad malos
recedant. Attendite vobis a falsis
Mt. 11 prophetis. Scriptum est: Omnis lex
et prophete usque ad Johannem, non quia
futurum non erat post Johannem. Fuerunt
Act. 21 Act. 11 enim et Agabus et filias eius
et multi alii, sed quia de Christo prophetia non
erat futura post eum. Ergo
post Johannem prophetia quidem cessavit,
prophete autem fuerunt et sunt, sed
non qui prophetarent de Christo, sed qui
interpretarentur ea que de Christo ab antiquis
fuerunt prophetata, id est doctores ecclesie.
Sed et omnes sancti prophete dicuntur
qui in regnum et sacerdocium et in
prophetiam unguntur. Nec enim
quis potest propheticos interpretari
sensus nisi habeat spiritum prophetie.
Hoc autem exponimus non audientes
quod prophete de quibus loquimur doctores
sunt dicuntur. Scies ergo dubitatos
esse falsos doctores hereticos
diu sperum contra veros doctores
qui scripturas propheticas et aposto-
licas et precipue interpretacione co-
rruperint. Ideo populos suos
omnium ecclesiarum doctores admonet
dicens: Attendite vobis a falsis
prophetis. Ne forte dicat aliquis
hereticus doctor quod non dicit nos
falsos prophetas sed gentilium et
iudeorum: Cum veniunt ad vos in ve-
stimentis ovium. Et omnibus de iudi-
cis quasi falsis apostolis et prophetis
ista predicat, tamen de illis iudicatis
qui in opere quod fuerint credituri
ceteris loquentes autem per diversa studia
suggestionem maligni spiritus ad cor-
ruptionem christianorum fuerant locuturi,
de quibus tamen dicimus in quadam epistola sua
palliate monet apostolus quorum
filii sunt et heretici. Non enim omnes
ipse christiani dicuntur. Vestimentum autem
ovile est christianitas species fidei quod
de hereticis christianis loquitur. Postea fugiendi
qui asserunt in scismate se videntur,
abutuntur autem confessiones efficacia
de gentilibus. Et isti multomagis
periculosiores sunt quam illi manifesti;
illi quidem reiecti ab apostolis et doc-
ti extra conventum christianorum errantes
vagabantur et furtive quosdam
corripiebant incautos. Isti autem
quasi fundati christiani et ecclesias suas
habentes, et quod dico ecclesias et
palam regentes cum libertate sub-
vertunt, et sic multiplicati sunt
quadruplo christiani
vagi quam illi. Et quia ita sunt
periculosi autem qua suadent
et ne dicat adhuc hereticus quod
de veris christianis doctoribus loquatur,
omnis enim christianus qui facit peccatum
falsus dicitur christianus, et verum quidem est quia
christianus qui facit peccatum nec perdit
de peccato falsus est christianus. Tamen ut scias
quod non de ceteris christianis peccatoribus
sed de hereticis doctoribus loquatur,
non tamen dixit: Cum veniunt ad
vos in vestimentis ovium, sed adhuc
addidit: Ab intus autem sunt lupi

rapaces. Iam autem doctores et si fue
rint peccatores, sunt tamen carnis dicuntur
et vincuntur ceterarum exortacione non sunt
per hoc rapaces, et ideo non dicuntur lupi
rapaces. Vides ergo quod maior de he
reticis doctoribus loquitur qui in eo
pectore semina rapinarum susceperunt
providente diu ut rapaces nunquam seducen
dis morsu dilaniant. De quibus
lupis ad Ephesios dicebat Apostolus
Act. 20. Ego scio quod post discessum meum intra
bunt lupi graves in vos non par
centes gregi, et ex vobis ipsis exorient
viri loquentes perversa ut adducant discipulos
post se. Audi ergo qui doctus ab hereticis
putas te eruditum et baptizatum
habes, putas te Christianum factum per
doctores hereticos qui dicunt se apostolos
de doctrinarum. Si ergo eruditus
es ab hereticis, raptus es non eru
ditus. Si baptizatus de doctrina
es non salvatus. Christianum luporum
de doctrinae est non salvare. Quando
ergo ex fructibus eorum cognoscetis
eos? Ex fructu enim hominis confessio
1. eius, et opera iustificacionis ipsius.
Si ergo videris hominem Christianum secundum
te confiteri si confessio eius conveniat
ad scripturas verus est Christianus, si autem
non est quemadmodum Christus mandavit
falsus est. Sicut enim et Iohannes cum
de hereticis scripsisset epistolam non
dixit: Si quis venerit ad vos
non habens Christi nomen nec ave ei
2 Joh. 1. dixeritis, sed si quis non attulerit
istam doctrinam predicandam Christianam

ris eadem ratione retulit secundum adap
tacionem, quod non ratione filiationis
uni fecit, secundum veritates Christi, quod in ratione
Christi mala ambulat in veritate
autem eius principium diversa vide
denique omnis lupus persequitur aliquem
secundum lupus ovem. Sic enim et Cayn
Gen. 4 persecutus est Abel, non Abel Cayn.
Gen. 21 Sic ista Ismael persecutus est
Ysaac, non Ysaac Ismael. Sic
Gen. 27 Esau Iacob, non Iacob Esau. Iudei
Christum, non Christus Iudeos. Heretici
Christianos, non Christiani hereticos. Ergo
ex eorum fructibus cognoscetis eos.
Sicut lupus accipiat pelle o
vium quo illum cognoscatis nisi
aut per vocem aut per actum. Illius
inclinata deorsum balat, lupus
maxime tollerit capud suum con
tra celum et sic ululat. Sicut ergo
secundum diversam vocem ululatus et
confessionis emittit ovis est,
quia autem adversus ... ululatum
veritatis turpes blasphemias ulu
lat contra deum lupus est,
Ps. 72 sicut dixit propheta David: In quibus
inprofesso locuti sunt, posuerunt
2 in celum os suum. Omnis herbas
manducat, lupus carnibus
delectatur. Quem vides ergo
de pratis scripturarum herbas flo
res iusticie colligentem ovis
est, quem autem videris in sanguine
persecucionis gaudentem lupus
est. Adhuc autem considera studiis

Nota diligenter lupi et ovis condiciones duas

quas faciat utiles sunt aut inutiles
Utiles sunt que mirabiliter fiunt
ad salutem proficiunt ut puta
infirmos curare et alia huiusmodi
que fecit christus Vane autem sunt
que admiracionem quidem faciunt
videntibus utilitatem autem efficie
rent nullam ut puta volare
Math. 4 per aera sicut et christum dyabolus
hortabatur Statuas facere am
bulare aut comburi flamme
et non comburi et alia qualia
Symon fecit Nam plena erant
omnino sunt quia et ipse est plenus
Vana autem omnino sunt sicut
et ipse vanus est Nam quia quedam
mirabilia fiunt omnino quedam ps. 67
autem omnino dubia demonstratur in
Joh. 3 tractatu non enim dixit Nemo
facit signa nisi sit deus cum illo
Sed dixit nemo facit hec signa ps. 103
que tu facis nisi fuerit deus cum
illo Et tunc quid contra solo
cognoscebatur falsi prophete et
veri si utilia aut inutilia
faciat signa Nunc autem quia
futurum est ut etiam propter bona
facientibus signorum quere de
bonis si necessarium est in tempore
autem non est necessarium Sed cum
mirabilia operibus prophete confirmarent
infidelibus fiebant non propter ipsos
quos sanabat ipsos enim infide
sanare poterat non in signo mani
festum est quia non tunc illi sunt
infideles facientium mirabilia
Galla. 5

rum necessitas non est Ergo si in uti
le fecerit signum falsus est propheta quia
non facit ut aliud edificet in fide
sicut sed et Audit in opere Numquid de
spinis colligunt uvas aut de tribulis
ficus Vitis interius lignum in se christum ostendit
cuius botrus multa in se grana ligno
mediante suspendit Sic et christus
multos fideles per lignum crucis tenet
admixtos Ficus autem sicut ficus
multa grana uno tegumento tenet
inclusa Sic et multos fideles dilecta
quedam caritatis complexio una tenet
Etiam Et sunt in ficu signa fertilitatis
quod indulgencie unitatis autem
in contextione granorum Sicut scrip
tum est Deus qui inhabitare facit
unanimes in domo In uva autem . 1
passio est quod signum quia in torculari
mittitur Gaudii autem quia vinum le
tificat cor hominis Sinceritatis quia
non est permixtum et delectacionis sua
vitatis Ideo autem scriptum est ad Gal
Fructus autem spiritus caritas est
gaudium pax paciencia bonitas
mansuetudo fides modestia
continencia Spine autem sunt heretici
sicut ipse iste demonstrat supra
dicens Attendite a falsis prophetis
Ergo non sunt spine et tribuli catholicos
fructus proferre Sed quia proferunt aliqua
tribulaciones ecclesie Quemadmodum
spina ac tribulus exspinantur propter
illam puncturam sed aculeos Sic
etiam suos diaboli exspinantur propter
consideracionis iniquitatis plenum sunt

Ergo inter prophetas vos a flos quod dicere veri si quod aliquid per proprium suum dicit. per proprium sicut enim dici. ab auditorum mentibus animus excellunt falsi a sua falsitate perdurat

Qui loquitur in dolo loquitur. Qui tacet male cogitat. Qui irascitur insanit. Qui paciter agit conflictus expectat non cedi et oportunitate eius noceat. Qui male agit non erubescit. Qui bene facit ad vanam gloriam propter homines facit. Et non proferat fructum bonum tunc tandem dicitur est. Sub bona arbore bestie et avia requiescunt. Sub spinis autem nullum animal requiescere potest nisi tam compres- tes. Qui iuxta fideles homines mali et boni homines requiem capere possunt. Iuxta infideles autem homines nec possunt hec pace recepcione requiescunt nisi tamen heretici vel demones qui habent cubilia in pectoribus eorum. Qui fructus eorum nulli prodest ad usum. Umbra re- frigerii non est in eis. Et vinequidem quia spinas et tribulos omnes iniquos hereticos appellavit, tamen frequens dominus hic eos heresim pestilencia tribulos appellavit qui fruitur et triangulam impietatis infra pessima criminantes. Non potest arbor bona fructus malos facere et non potest arbor mala facere fructus bonos. Non dixit arbor mala non potest fieri bona neque arbor mala bona. Alioquin qui malus est adeo esset quod malus est et qui bonus est adeo esset quod bonus

Qui autem potest et non vult arbitrii est non nature. ergo fructus dei non potest facere malum

Nunc autem dicat. sicut malus non potest facere fructus bonos in quantum malus est. Qui si fructus fuerit bonus potest per hunc quisque quod malus est aut bonus. Voluptas eius fuit non nature. Nam si volebat et non potuit fructus bonos proferre nature est erat. Et si videtur aliquid qui male facit considera tamen ipsum malum eius, et invenies ipsum abusum esse bonum. Nam comperto bono etiam quod videtur malum bonum est quia bonum comparatio malo opere compensat. malum autem opere bonum comparatio non compensat. Vidisti ergo homicidium facientem propter iram in ira propter furorem dei vindictam. Vidisti alium loquentem in lingua et alium habentem in corde. tunc dicit ad Esau. Vidi faciem tuam sicut qui videat faciem dei. non ut deciperet eum sed ut compesceret. Qui sic malus non potest facere bonum comparatione tibi facere bonum considera tamen ipsum bonum et invenies illud ab eo ... esse malum. Nam quod opere omnis malo fit etiam bonum malum est. Nam bonum opus ... malum comparatione compensat, malum autem comparatione bonum opus contempnet. Qui videris infidelem similiter et magnificum

Ergo fructus dei non potest facere malum

ficio quia subditus est in corde. De ta-
libus enim dicit dominus per prophetam
Multi sunt sermones eius sup-
olentium et ipsi sunt iacula. Si
videris enim bona opera facien-
tem intellige quia propter homines
facit. De illis enim dicit dominus
Omnia faciunt ut ab hominibus viden-
tur. Dicit ergo bonorum hominum
omnia etiam mala bona sunt
Sic malorum etiam hominum omnia etiam
bona mala sunt. Si ergo videris
aliquem deum in veritate non co-
lentem quasi bonum ne credas
oculis tuis et dicas bene vivit
illum. Sed credas magis deo
quam tibi qui dicit Non potest
arbor mala facere bonum fructum
Si autem dicas illud bonum/ que
faciem feci Christum/ tu enim vides
que sunt in facie. Deus autem
que in corde. Dicit enim in orto
multe sunt arbores fructum
in utilitate facientes/ in silvis
autem non inveniuntur bonum facientes
Sed autem faciunt eisdem faciunt
et acerbum. Ortus in ecclesia que
ortus est Christi. De quo dicitur
Ortus conclusus fons signatus
soror mea predicta tu fructum
pomorum multi sunt mali. In
ecclesiis autem hereticorum que sunt
silve deserte nos est bonus quia
et si aliquis est bonus propter homines
est et non propter deum. Hoc secundum
fidem ad Christum. Nunc autem secundum

rationem audi. Quicumque facit aliquid
est aliquid propter quod facit et non facit
aliquid propter nichil. Qui pugnat propter
predam/ aut propter gloriam victorie pugnat
Qui navigat propter necessitatem aut
propter lucrum navigat. Sicut nichil
potest nasci sine radice sic nichil potest
florere sine causa. Sic qui bonum
facit aut propter retributionem regni
celestis facit aut propter iudicium
pene. Interrogo autem te infidelis
propter quod facit bonum/ propter iudicium
pene dicis/ Sed non timet deum.
Qui non autem timet deum ne pereat
in opere/ qui non timet peccat
infidelis/ tunc sit prius male credere
quam male agere. Propter retributionem
dicis. Sed non sperat in deo qui non
curat utrum mendaciter credat
aut vere. Tunc sit melius bene credere
quam bene agere. Quoniam fides sine
operibus aliquid est, et si mortua
est/ opus autem sine fide nichil
est. Sed quid ergo facit bonum
ut videatur ab hominibus et laudetur
et ideo bonum illius malum est. Si enim
sine labore potest homo bonum facere
in hoc mundo credibile erat ut in-
fidelis faceret bonum propter hoc ipsum
quia bonum facere bonum est. Nunc autem
tunc hominibus in certamine cunctibus
sit contra sic bonum facere. Sed diffi-
cile est et forsitan impossibile ut nemo
magnus ille scit quia sic potuerit
complere quod bonum est. Cum infideles

faciat bonum cum tanto luctamine ullam
spem retribucionis habes poteris sinus
ocius sine. Omnis agonem suscepit
sit periculosum. Unde palam non facit
Quid ergo sine dubio speratalia
ideo facit bonum / quia illud mer-
cedis abscondimus vana gloriam
ultam dat virtute bonum ad labo-
randum concupiscencia vane glorie. Et
si tu in indulgencia possum dicere
maiorem dat bonum virtutem
operete concupiscencia glorie vane quam
fidelibus spes regni celestis. Et
sic est omnino quod contra spem regni
celestis adversatur carnis mea. Omnis
arbor que non facit fructum bonum
etc. et mala arbor videtur facere
iusticia sed non bona ut ad opus
perfeccionem. Nam qui propter deum
facit iusticia deus illa facit
Cum autem propter vanam gloriam facit
bonum dyabolus illud facit / et ideo dyabolus
delectatur in eo / falsos christianos
quos deus numquam mittendos
permittit quid tu putas participes
glorie eterne. Non omnis qui dicit
michi domine domine intrabit in
regnum celorum sed qui facit volup-
tatem patris mei etc. falsos prophetas
de quibus tamen dicis erat locutus
non alios esse nisi falsos christianos
et falsos christianorum predicatores
hiis verbis manifeste demonstrat. Gen-
tiles enim aut iudei numquam
credentes non dicunt christo domine domine
sed illi qui tamen compunctis quia

pro gentilibus est sunt quia
credidisse in deum christum. Voluntates
et predicatores contra voluptate
dei et christi precepta facti sunt
falsi predicatores. Item quia fal-
sos predicatores et veros ex
fructibus eorum dicit discerne-
dos hic iam manifestius docet
qui sunt fructus quibus discernuntur
probi doctores et reprobi / qui cum
tamen dicunt de christo / domine domine et
non faciunt voluptate dei reprobi
sunt. Cum autem dicunt et faciunt
voluptatem dei ipsi soli probabi-
les sunt. Et que est voluptas
Io. 6 dei ipse deus docet / Hec est
autem voluptas qui misit me
ut omnis qui videt filium et cre-
dit in eum habeat vitam eternam.
Ergo voluptate dei facit hec
est credere in christum. Dicit et aliud
iudeis interrogantibus quid facie-
Io. 6 nt ut operentur opera dei. Dicit hoc
est opus dei ut credatis in eum
quem ille misit. Credulitas autem
sermo et de confessione respirat
et ad actum. Cum ergo sic confitetur
christum quo ipse docuit ille cre-
dit christo. Et qui sic custodit
quod ille mandavit ille credit
christo. Cum autem non sic confitetur
quo docuit ille non credit
et qui sic non custodit que ille
mandavit non credit christo. Cre-
dere autem christo obedire est christo.
Cum autem non confitetur aliquis
tamen sunt verbum eius ille c-

obedit, ypocrita nec credit, ypocri-
ta, ille quia iste non intrabit
in regnum celorum. ¶ Multi dicent
michi in illa die domine domine nonne
in nomine tuo prophetavimus.
In qua die cum venerit in maie-
state patris et separavit oves
Mt. 27 ab edis, sicut pastor grege
suum, cum iam nemo ausus est
garula contencione sermonum
aut mendacium defendere aut
contra dicere veritati, quia tunc
iudicialis et vana gloria non
desiderabitur desiderari, sed flamma
iudicii pena timebitur. In illa die
cum non os loquitur et opus
absconditur sicut in hoc tempore, sed
contra singulorum opera loquentur
et ora tacebunt, cum non persona
interrogatur et confessio non creditur
sed contra conscientia desaltitur et persona
2 sua confunditur, dicente Apostolo: Co-
gitacionibus inter se accusantibus
aut eciam defendentibus. In illa
die cum nemo convincit pecca-
tores sed omnes se accusabunt ut
alter per alterum invenietur, sed sin-
guli ibi timebunt quia non illo-
rum erunt testes adulatores
homines, sed angeli veraces;
non erunt iudicantes personarum
acceptores homines, sed deus
iudex iustus qui reddet unicuique
secundum opera eius. Talia per-
timescunt homines et angustiatis

paventi corde compressi dicunt
domine domine. Videns sibi sufficere
sibi dicere domine, quem necessitas ti-
moris astringit. Nonne in nomine   Christiani sunt cognoscendi ex spiritu
tuo prophetavimus. Considera quod in nomine
dicunt, non in spiritu, quia in nomine Christi
multi ambulant, quia non habent spiritum Christi
seducendi causa. Ideo non ex nomine
Christi cognoscendi sunt Christiani, sed ex spiritu
Christi. Ergo prophetant in nomine Christi antichristi
ante diem iudicii. Tales sunt divinatores
quod sunt destinati, cum divinus inter demones
vult dei, sicut autem spiritus incognita inven-
titur. Concessum est autem et diabolo
inter demones dicere veritatem, ut mendacium
suum rara veritate commendet. Sed autem
nunc dicit communiter ad temptaciones
poterat prophetie seductus, eius demo-
nia eiciunt in nomine Christi habentes
spiritum unam, magis autem non eiciunt
sed cum videntur colludentibus sibi de-
monibus corporis et ideo se eiciunt
et nunquam sanat. Semper autem illos
demones quasi castigati clamant
et nunc quasi amentes recedunt.
Et in nomine tuo multas virtutes
fecimus. Fiunt et virtutes secundum
ea que dicit non utilia et ne-
cessaria sed in utilia et vana
hominibus. Ergo secundum Christi preceptum
distinccionis sunt fructus eorum
Sed bona confessio eorum est et
vera cum ipso. Sed autem confessionem
qui faciunt non conveniunt aut confessi

confessionem falsum est. Tunc narrabo
illis quia nescio qui estis. Intuitus
tunc sustinebis quia grandium virum
grandis dilatio peccatoris est. Et
grandis nimia iniustus facit esse
indicium dei, et dignioris misericordia
peccatorum. Secundum quia peccatores nesciat
deus quia nec digni sunt ut cogitat-
ur ab eo. Dicit enim et Apostolus dicit: Cognovit
dominus qui sunt eius, non quia ipse non
cognoscit secundum suos illos esse non co-
gnoscit. Ideo qui perierunt non fuerunt
illius. Aut quod te deus cognoscat
tu tu deum cognoscere noli. Sicut
enim omnes homines valent cognos-
cere deum, non autem videntur cognoscere
cognoscere, quia non digne colunt sicut
suum deum sicut factura factorem.
Et hoc est secundum naturam quod cognoscat
non autem secundum voluptatem. Dicit et
deus naturaliter omnes cognoscit secundum non
omnes videtur vere cognoscere, quia
non eos diligit quasi factor fac-
turam, quia deus ipse facit nos et hoc
est secundum naturam cognoscere et non secundum
voluptatem, quia omne malum
contrarium est ei. Iurat autem
opus non ut fiat veritatis convic-
tum, sed ut illorum incredulitate co-
rrumpet. Nam cum falsum iurando
mentitur, sed ut illi amplius confidant
firmiori iuri. Quoniam qui mendax
est, nemini putat dici veritate
neque ipsi deo, qui cum non fecerit
ne dyaboli deceptum mentitur, sed quo-
niam mendax est, numquam desinit

esse mendax neque per mortem. Nam
mors quidem animam a corpore separat
sed autem conditionem non mutat.
Quibus fieri considerare eos etiam per
post mortem mentientes domine
domine in nomine tuo hec et hoc
fecimus, numquam nescierunt ipsi apud
se quia numquam dilexerunt Christum
nec fecerunt voluptatem eius,
sed putat se sicut in hoc seculo
homines decepit, sic et ibi
deum fallere posse. Et ideo etiam
non dicit illis discedite a me
qui operati estis iniquitatem, sed
qui operamini iniquitatem, quia in-
iqui nec post mortem desinunt
esse iniqui, quia et si peccare non
possunt tamen peccandi propositum tenent.
Omnis qui audit verba hec et fa-
cit. Frequenter animam quia homines
aut passionibus flexi aut terr-
oribus fracti aut persuasionibus
falsorum doctorum seducti relinquunt
fidei veritatem, et ad mendacium
falsitatis transmigrant. Et si vel
hanc unam sententiam Christi cau-
te intelligeremus et recordare-
mur, numquam de prodicione talium hor-
stuperemus. Etenim cum permanet
apud deum qui numquam fecit nisi
aut quod illum teneat veritas
qui numquam tenuit veritatem,
aut quod firmat eo iustitia qui
iustitiam non firmavit. Omnis qui
audit verba mea hec et facit
ea. Etenim verba que et supra dix-
it qui vult esse verus Christianus

2 Thi. 2. Cognitio dei naturae et voluptatis

Iurat opus quare dei

9 f

non solum non occidat, sed nec ira-
scatur sine causa. Non solum non
periuret, sed nec iuret. Non solum
non fornicetur, sed nec usque ad oculum
concupiscat. Non solum non percutiat,
sed nec percussus repercutiat. Non
solum non aliena non tollat, sed
etiam cogenti dimittat. Non solum
fratres diligat ~~amicos~~ alios sed Mat. vi
etiam inimicos. Elemosinas non
faciat coram hominibus. Orationibus in-
sistat intus in cubiculum suum.
Ieiunia celebret non ut ypocrita. Mat. vii
Non iudicet fratrem suum peccatorem
sed sue infirmitatis consideratione
ignoscat. Non det sanctum canibus
nec margaritas suas mittat
ante porcos. Petat, querat, pul-
set et accipiat. Attendat a
falsis prophetis. Qui ergo talibus
se edificabit mandatis quod potest
fieri ut aliquis fractus temptationibus
cadat. Aut ergo quis percussus
temptationibus stabit qui se illis
iustitie fundamento ligavit. Et
domus ista ita custodivit et
cecidit et tunc ruina eius non
custodivit. Ut autem ille p-
valet fortitudo diaboli iniquitas
iustitia quod non inebriavit magis
in illorum perditatione laudatio
est domus quod cum cadendum est
soli pervenit qui hec mandata contemp-
nunt. Similabo eum viro sapienti.
Non dixit estimabo eum viro

sapienti sed similabo eum viro sapienti.
Ergo alter est vir qui similatur, alter
est cui similatur. Ergo qui similatur hoc est
Christus eum est sapiens vir qui edi-
ficavit domum suam, id est ecclesiam supra
petram, id est supra fortitudinem fidei
Christianam et fortitudo fidei dicitur petra
ipsa qua et Symon Petrus est dictus
ad quem dicit dominus Mat. xvi: Tu
es Petrus et super hanc petram edi-
ficabo ecclesiam meam et porte inferi
non prevalebunt ei. Domus est vir stul-
tus diabolus de quo ait Ieremias: Clamat
perdix et congregat filios quos non
genuit, facit divitias suas non cum
iudicio, in dimidio dierum derelinquet
eum et in fine erit stultus. Iste ergo
diabolus insipiens qui edificat domum
suam supra arenam. Domus enim eius
ante populus fuerunt omnes gentes.
Sicut omnes cum sancta sunt domus
populi ita et nunc domus sunt nunc
edificati autem super arenam, id est super
inconstantiam infidelitatis. Et cum constantia
fidei dicitur petra recte et inconstantia
infidelitatis arena dicitur, id est volubi-
litas que per varias ydolorum culturas
se dispersa est. Aut dicitur super arenam
id est super carnales homines et infideles.
Ideo autem tales homines arena di-
cuntur non terra, quia terra quidem fructum
facit, arena autem sicut sterilis manet.
Deinde quod terra quod unita est et in
semper constricta, arene autem grana

non conveniunt sed nec ad herere adim-
bitem. Et sunt et omnes homines
insolubiles qui sunt sub dyabolo. Nec ve-
niunt nec verum sapiunt, sed per diversas
sunt opiniones dispersi. Et alii
quidem dicunt sic, alii autem sic, sed
dogmata philosophorum nos docent docet
que sunt contra ubi semper. Et non
considera hereticorum qui numquam sapiunt
verum, sed est sunt tot sententias habent, propter
quod arene assimilantur dyaboli omnes
populus, populus autem dei non solum
est unitus et est terra que quamvis
compacta sit, tamen solubilis est sed est
sicut lapis constrictus et indissolubi-
lis. Terras quoque dyaboli populus innumerabilis
est sicut arena, dei autem populus
numeratur pauci electi. Pluvia autem
est doctrina quia sicut pluvia irri-
gat terram ut proferat fructum. Sic
doctrina irrigat homines ut misericordie
opera. Unde dicit deus per prophetam de tollendo
audiendi doctrina Et mandabo nu-
bibus ne pluant super eam pluviam. ysa. 7
Nubes enim dicuntur prophete et apostoli
quia sicut nubes baiulat pluviam
et effundit super terram. Sic
prophete et apostoli accipiunt verbum et
effundunt illud supra rationa-
bilem terram. Sunt autem nubes
que asperitu aeris spectat. Unde dicit
propheta Tenebrosa aqua in nubibus ps. 17
aeris. Nubes enim que asperitu
puncto (?) spectatur tandem baiulat

aquam i. veram et sanam doctrinam.
Sunt asperitu spectantes aeris tene-
brosam baiulat aquam i. falsam
et impiam doctrinam que non illumina[t]
sed tenebrosos facit auditores eorum
qui suscipiunt eam. Sicut autem
corpore quod mala in mundo spiritus
qui intra praecordia hominum flant
corpore enim bona spiritus divisarum
virtutum, vel angeli qui invisibiliter
in sensibus hominum operantur et ad-
ducunt ad bona. Et videtur … pluvia-
rum pluvie primum est molliter
et salute ventorum autem cum venit
te vergis. Sic ergo impiorum imbres (?)
falsa sua doctrina et persuasionibus
molliunt homines et blandimentis
et persuasionibus solvunt. Dyabolus autem
intrat in corda quasi ventus et in-
visibiliter vergit, consentire iniqui-
tatibus eorum, vel in recta opera compell[it].
Sic et nisi bene sancte scripture mala
doctrina … persuadunt flexibiles (?)
et irrationabiles placet. Spiritus
autem sancti vel angeli quasi prosper[i]
venti preparatores in cordibus hominum
faciunt homines accipere veritati.
Sicut enim non est possibile ut ar[e]-
sola per pluviam fructificet terra
nisi fluxerit super eam ventus
Sic non est possibile ut sola doctrina
corrigat hominem nisi receptus (?) sit
spiritus in corde eius. De pluvia
autem sicut corpore quod mala
homines in mundo spiritus plenum et
in verbositate in scientia est

Dom

Spirituales sicut sunt diversorum dogma-
tum oratores, gramatici, ceterique
sapientes non secundum deum, de quorum
ventre non exeunt aque vive
flumina, sed mendaciis doctrine corrup-
te, ante bona contrarie doctores,
ceterique sapientes secundum deum, de quorum
ventre exeunt flumina aque vive.
Ecclesiam quam vir sapiens Christus
supra petram edificat, neque pluvia
mendacis doctrine corrumpit, neque demon
impellit, neque violentorum hominum
impetus movet. Nam etsi humili-
atur etiam propter temptationem, tamen perire
non potest propter fidem Christi, nec enim
contrarium quidam de ea ca-
dunt, illi enim numquam veram fuerant.
7 Dicit enim: Non omnes qui dicunt Domine
hic sunt fideles. Sed non omnes
qui verum dicunt etiam vere sunt
operatores enim opera assimilari se
2. 2 non nominant. Dicit enim apostolus: Co-
gnovit enim dominus qui sunt ipsius
et discedat ab iniquitate omnis qui
invocat nomen domini. Ergo qui
discedit ab iniquitate, ille est de
hiis qui vere invocat nomen domini.
Isti enim tales nec supra fidei
petram erant edificati, sicut in-
ferius dicemus. Adversus domum
autem quam edificaverat stul-
tus super arenam, id est adversus genti-
les et omnes impiorum qui sunt diaboli
domus, descendit pluvia, id est veritas
doctrina per prophetas et apostolos
nubes, descenderunt venti, id est
spirituales aut angeli qui

invisibiliter operantes homines
ad fidem veritatis inclinant. Ve-
nerunt flumina, id est quatuor
evangeliste aut celi sapientes, et im-
pegerunt in domum illam, et sic
cecidit domus diaboli spiritualiter
in fundamentis, et eversa est domus
diaboli. Unde nec mirum si gentes
venientes ad penitentiam cecidisse
dicuntur. Ceciderat enim diabolo
ut surgeret Christus. Sicut enim omnis
homo quamdiu ambulat in peccatis
diabolus stat, Christus autem iacet. Cum
autem conversus fuerit ad iustitiam, diabolus
cadit, Christus autem surgit. Dicit
enim propheta de hominibus liberatis a
Ephe. 4 ps. 67 Christo: Ascendens in altum captivam
duxit captivitatem. Item domus
quamdiu fortis armatus custodit
atrium suum, in pace sunt omnia illius.
Luc. 11 Cum autem venerit fortior, diri-
pit vasa illius, scilicet homines in
quos de quibus edificata fuerat
diaboli domus. Sic ergo quantum ad
diabolum, antequam ad libertatem
fidei sint conversi, sic decepti dicuntur
secundum Christum, quamvis et cecidisse
dicuntur quantum ad statum suum pro-
prium, qui surrexerunt in fide. Et
facta est ruina eius magna,
scilicet ydolis in toto mundo destructis,
mendaciis in tota terra convictis,
erroribus fugatis, quia totus mundus
diabolo cecidit, Christo autem surrexit.
Sic ergo domum quam stultus
edificaverat super arenam, sapiens
Christus spiritualibus armis sectorum
suorum destruxit. Domum autem

qua sapiens xpus edificat' supra
petram .i. xpm qui enim audit
verba xpi et facit ea ipse est qui
edificat se sup petram xpm xpus
enim mansuetus est qui edificat
2 se in caritate edificat se sup
xpm xpus enim caritas est Qui
edificat se in mia edificat se sup
mias xpm xpus enim misericor
dia est Et inquantum ipse boni
edificauit se sup petram xpm
se edificasse videt quia omne
bonum xpus est Illis autem ex quo
qua sicut x certam edificatum
supra petram nullam eam aduersi
tas deripere pt ut dicat cum
ro. 8 paulo Quis nos separabit a cari
tate xpi tribulacio an angustia etc
Sic stultus dicitur illis est eis xpianus
qui se edificat supra arenam
Sup arenam autem se edificat qui
3 audit verba xpi et non facit ea
Verba enim que non tenentur ad
opus arena sunt similes Sicut
enim grana arene non se tenent
in vnum nec adherent inuicem
Sic verba que audiuntur et non tenen
tur in vnam massam instar per
opus separata sunt et dispersa
Ideo assimilantur arene que inquam
in se metipsa coniungitur Ergo sup
arenam edificat se omnis xpianus
qui per auditum solo verbum credit
in xpm et non per opera bona ea
firmat se in xpo Et qui facit
opera mala sup arenam edificat

Arena enim omnis malicia de qua
dicitur supra Et qui in bonis mun
dialibus instruit se sup arenam
edificat Omnibus est stultus dicitur
quia sicut dicitur domus violata
a xpo destructa est per opera iustic
cie eius et gracie sic et ille hoc
aut tunc destructus est per opera
iusticie eius uel demonum uel homi
num propriorum Et hii tales sunt quos eadem
de certa significamus supra eo quod
non se edificauit supra petram
sed magis sup arenam Et erit ruina
eius magna Ruina magna
sicut enim domus que est valde fundata
si ps aliqua paries uel tectum ceciderit
ruina eius magna non erit quia
pt fieri ut iterum reparetur sed
fundamentum eius fuerit passum
aliquis tunc est ruina eius magna
quia non remanet de ea sic et xpianus
si fornicator fuerit aut adulter
aut homicidium fecerit credi
quod tunc ruina eius magna
non est quod pt iterum ad primum
2 reg 12 surgere sicut dauid Si autem de
fundamento fidei aliquis fuerit passus
i. si preuaricator sit et ad genti
les et ad hereticos transierunt
tunc est ruina eius magna quod
totus funditus ruit Et factum est
cum consummasset ihesus verba hec
admirabantur turbe sup doctrina
eius Placatus racionabiliter
homines intellectus laudes gracias
bretus autem admiracionem Cuius

enim laudare non possumus. hec ad
mirantur, admiratio tamen eorum magis
ad ipsius gloriam pertineat quam ad
fidem ipsorum. Non enim ideo mirabantur
quia credebant in christum, sed quia incom-
prehensibiles audierant sermones.
Si autem credentes essent in christum
non mirarentur sed pocius crederent.
Nam omne dictum vel factum illud
movet ad miraculum quod superat
factorem aut dictorem persona. ut puta
Si homo aliquis ydiota dicat quod excedit
naturam mensure eius. Christus autem
magnus sit, quod deus dicit. Ideo
quicquid ab eo factum aut dictum
audimus non admiremur, quia omnia
minora sunt quam dei potencia. tamen
audiebat populus cum silencio et
gravitate et admiracionis perstabant
in verbis christi. tamen admiracio et si
ipsa non est perfecta, tamen in virtute
est ad fidem. Nam qui admiratur
de verbis doctrine, quamvis adhuc
non credit, tamen iam in ipso limine
credulitatis consistit vel credit.
Turbe autem que mirabantur
et populus vulgaris. non erat ibi pharisei
aut principes populi aut sacerdotes
qui solent non discendi studio
audire, sed contra dicendi. non ut
aliquid calumpnie inveniat. Et
simpliciter audiebat populus simplex.
Si autem aliqui eorum fuissent
sine dubio silencium et gravita-
tem populi sua consueti fuerant
dictionibus suis conturbasset quia
ubi maior scientia ibi malicia

forcior. Cum autem firmaverat esse
prior difficile contentus est, erat
esse secundus. Erat enim docens eos
sicut potestatem habens. Quamvis doctor
huius est legis, quia neque supra
legem addere potest aliquid de suo
sensu neque subtrahere aliquid secundum
proprium intellectum, sicut hec tamen
predicat quod habetur in lege. Nec enim
potest nunc detractare quam supra di-
cat. Sic enim ait Moyses. Non ad-
das ad verba dei neque subtrahas
inde. Cum autem hec audis, ne faciat
te superciliorum putat esse quod dicitur
et incipit falsus esse testis quia
illud dicit quod nec aure audivit nec
oculis vidit. Christus autem dominus
legis est, et subtrahere potest de lege
quod propter necessitatem temporis iussit
deut. 23 ut puta propter duriciam cordis
id iussum fuerat, dari dare libellum
repudii. Dominus illud quasi potestate sua
mat. 19 subduxit dicens. Quod deus
coniunxit homo non separet. Item
addidit quod propter infirmitatem homi-
num fuerat iussum ut puta
Exo. 20 antiquis dictum est. Non occides.
mat. 7 Ego autem dico non irascaris. Ideo
autem mirabantur quia non quasi huius
legis sub potestate constitutus illud
docebat quod fuerat iussum, sed
quasi dominus legis et habens potestatem
suam, autem addebat super aliqua
fuerat dictum de antiquis dictum
mat. 7 est. Ego autem hic dico quod sequitur.
Cum descendisset de monte
secute sunt eum turbe multe

Vide quod super montem discipuli tamen dicuntur
ascendisse ad ihesum / descendentes autem ab
eo de monte secute sunt eum turbe quia
mons virtutis est fastigium tamen nunc
excelse / unquam apprehendere ipsum turbe non
sunt nec peccatis gravati nec turbis /
immundis honorare / nec sunt
imitari ipsum / nec sublimes audi-
re sermones qui dicuntur in monte
sed soli discipuli qui a passionibus vere
liberi sunt / qui turbis immundabilibus
honorati sunt non propterea quia liberi
expediti ad ipsum accedere sunt
facti imitatores eius in omnibus
ut sublimiores sermones eius possent
audire. Et cum descendit ad humi-
lia de altitudine perfectionis propter
infirmitatem hominum sequi eum non
potentium super montem tamen secute
sunt eum turbe multe. Ecce leprosus

luc. 5. marc. 1. Notandum quod lucas quidem et marcus
sicut inprimis / ponunt demonia-
cum curatum in secundo autem loco
mulierem carnali infirmitate se-
cretam liberatam. Et hoc racione
quia maior est cura de salute
anime quam carnis / primum quidem
quia dignior est anima quam caro.
Anima enim sine carne vivere potest,
caro autem sine anima vivere non potest.
Secundo autem quia in omni peccato prius
anima peccat postea caro. Nam nisi
prius anima fuerit victa numquam
caro peccare potest. Caro quidem eo
tempore prius malo potest peccare
autem non potest nisi anima illi consen-
serit / quia caro in potestate anime est

non anima in potestate carnis. Ideo ergo
necessarium fuit ut anima que prius
ceciderat ante resurgeret. Deinde
anima liberata a potestate diaboli tamen
suam libertatem potest aperto. Caro autem
sanata ab infirmitate animam liberatam
hominis. Septem candelabra
aurea vii ecclesias designant
sicut ipse exposuit, et vii ecclesie
unam ecclesiam katholicam signant
figurant. Que candelabra
aurea dicuntur sive propter predica
tores quibus sancti in seculo
perfecerunt sive propter sapientiam qua
illuminant. In quorum medio Christus
stare visus est. Sicut ipse dicit in
evangelio: Ecce ego vobiscum sum
omnibus diebus usque ad consumma
tionem seculi. Sequitur: Vestitum

podere et precinctum ad mamillas
zona aurea. Caput autem eius
et capilli erant candidi tamquam
lana alba et tamquam nix. Et
oculi eius tamquam flamma
ignis et pedes eius similes
auricalco sicut in camino
ardenti et vox eius sicut vox
aquarum multarum. Et habebat
in dextera sua stellas septem
et gladius de ore eius utraque
parte acutus exibat et facies
eius sicut sol lucet in virtu
te sua. Si septem candela
bra et septem stellas pro
duobus ornamentis accipere
volumus, et ornamenta in ve
stes, ex quibus dominicum corpus
decoratum fuisse visum est.
Sed quid duo ornamenta id
est vii candelabra et septem
stelle significarent ipse per
semetipsum exposuit. Quid
autem octo que restant signi
ficent perscrutandum nobis
est. Sanctam namque civitatem dei
que ex omnibus electis constat
que ab initio usque ad finem
tendit, si diligenter perspicias
in vii partes divisam invenies.
Una ~~autem~~ igitur eius pars
fuit electorum qui ab initio usque
ad diluvium fuerunt. Secunda pa
triarche et ceteri iusti usque ad
legem datam. Tertia eorum qui
sub lege fuerunt. Quarta prophete.
Quinta apostoli et qui eorum doctrinas
crediderunt. Sexta vero est pars
multitudo que ad fidem venit.
Septima electorum qui in fine mundi

nascitur[u]m sit. et contra antichristum
pugnaturi. Per has igitur
partes vii quas dominus dederat
a deo redemptis. De octava
in sequentibus dicemus. Podere
igitur que est talaris tunica
iustos qui ante diluvium
fuerunt designat. Hec tunica
coloris fuit non dicitur eo quod
nullam aliam legem habuerunt
nisi naturalem. Naturalis autem
lex est creatorem suum dili
gere et quod sibi non vult
quis fieri alii non facere.
Hanc legem nullus contra
suffultus [illegible] est ignorare
permittitur. Zona autem prec
[illegible] iusti qui ante legem
fuerunt designantur. Que aurea
dicitur quia multis tribula
tionibus sicut aurum in fornace
probati esse noscuntur. Quid
Abraham qui de igne cal
deorum erutus est sicut loth
que Sodomite afflixerunt
Quid Ysaac qui cecitatem pertu
lit. Quid Iacob qui persecutionem
fratris atque servitutis est afflictus
Quid Joseph qui captivitatem
et carcerem sustulit. Quid Iob
qui amissionem rerum diversarum
passionem pertulit. Eodem modo
et de ceteris quos scriptura non
enumerat debemus intelligere
Hec zona mamillas
constrinxisse legitur. Per mamillas
namque duo precepta caritatis
designantur. per que sanctos patres
deo placuisse certum est. Ca
put eius et capilli erant candidi
tanquam lana alba. et tanquam nix
Per caput legis. per capillos non qui
ex capite nascuntur multitudines
designantur eorum qui plagam
dei salvi facti sunt. Hec
capilli tanquam lana alba et
tanquam nix esse dicuntur. qui videlicet
pluribus a tenebris vitiorum plage
est emundata. Oculi autem eius
velut flamma ignis. Oculi
[illegible] que intuitum longe lateque
prospiciunt. Per oculos igitur prophete
designantur. qui ea que ventura
erant. longe ante previde
runt. Hec [illegible] flamma
ignis esse dicuntur. quia spiritu
sancto illuminati misteria cele
stia contemplati sunt. Et pe
des eius similes auricalco
sicut in camino ardenti. Per
pedes apostoli designantur et ceteri
qui [illegible] crediderunt. De
istis pedibus propheta loquitur dicens
Quam pulcri super montes
pedes evangelizantium pacem
annuntiantium bonum salutem pre
dicantium. dicentium Syon regnabit
deus tuus. Hec similes au
ricalco dicuntur. Est namque
[illegible] quibusdam medica
mentis admixtum candidum conflatur
usque dum colorem auri accipiat
et dicatur auricalcum. Pes igitur
quod semper est. et quod in
nigredine [illegible] iudei
designantur. qui legem quidem
secundum literam servare videbantur
sed velamine nigredinis [illegible]

quid est auricalcum

obtecti spitalem intelligētiā
que i ea latebat intelligē
re aperuerunt. Est igit' i cami
nalu est consum̄ qui ex om
nibus apostoli sunt electi. Per
fornace aut sive incendius in
quo aliquantulū corpus consump
tus est. sive tribulatones
quas sustinuit p'nt designari.
Inhac etiā fornace apostoli ci
tonati sunt sicut ipse dicit. Vos
aut estis qui p'mansistis
mecū in temptationibus meis
Inhac ergo fornace p doctrina
mām ewangelij splendorē
auri accipe meruerunt. Et
vox eius sicut vox aquarum
multarum. Multitudo gentium que
ad fidē xpi venerit designatur.
Et habebat in dextera sua stellas
vij. Quid hoc significet
ipse in sequentibus exponit.
Et de ore eius gladius utraque
parte acutus exibat. Per gladium
eciā qui in fine mundi nascituri
sunt. atque contra antixpm pug
turi designantur. et quia ma
xima multitudo gentium cultura
xpi delinquentes antixpm
hominem ipsissimum p deo ado
rabunt. uo utrumque illi q
ad eorum errores confundendos
p'gressuri sunt p gladium desig
nantur. qui duo acumina
habere visus est. quia ipsi
doctores duorum testamentorum
doctrinis eruditi. facile

hostes devincit. Nam q
de ore dni ipse gladius p
cedere visus est illud signifi
cat quod ipse dixit in evangelio
Non eni vos estis qui lo
quimini sz spiritus patris vestri qui
loquitur in vobis. In hijs
ergo vij omnes ecclesia electorum
que a nobis in septem partes
divide comprehendit. Sive
hijs ergo vij partibus non incongrue
videtur hunc librum quequam
ordinate posse intelligere.
De octava aut q restat
aliquid dicendum est. Et facies
eius sicut sol lucet in virtute
sua. Per faciē ecclesia sicut
post resurrectionem futura est de
signatur. Et ideo p faciē quia
tunc dni sicut dicit apostolus insti
facie ad faciē videbunt. que
sicut sol lucere visa est. Quia
sicut dicit dnus. tunc iusti ful
gebunt sicut sol in regno patris sui
Invenimus in scripturis quedam
hijs vij partibus convenientia. ut
est illud quod in iosue legitur. ubi
dnus precepit ut circuiret ar
cha dei civitatem iherico p vij
dies semel. in die sacerdotibus
eam portantibus. tubisque canen
tibus. ac populis sequentibus.
Iherico namque civitas corruptibi
lium q est civitas dyaboli
designat. Per filios vero
israel. electi designantur. Per sacer-
dotes predicatores. Per tubas doctrina

predicationis. Populum vero
qui eos sequebatur omnes iusti
designant. qui eorum doctrinam
sequebantur. et actus imita
bantur. Patriarcham nos quoque signifi
cant Christum intelligit. qui a
sanctis in cordibus eorum portatur
Me predicatoribus autem qui post
eius aduentum fuerunt. illi dubium
quod Christum non solum lingua
predicando verum etiam corde
diligendo portauerunt. Illi
autem qui aduentum eius pre
cesserunt. quoniam illum porta
uerunt. Portauerunt et illi. Nam
aliqui ipsorum eum verbis predixe
runt. aliqui factis presigna
uerunt. Querendum non nobis
est. quid tantus iste qui
per vii dies factus est designat.
Hoc itaque quando tacemus ingres
sum deuitamus. Nam cum per via
pergimus. si foueam aut limum
profundum aut aliquod periculum
offendimus. tacendo ipsos
sinus. ingressum eius euita
mus ut periculum euadamus. Iheri
cho itaque tacemus. si in itine
re presentis seculi. voluntate
dei presumimus. Nam quamuis
cum reprobis habitemus. Iherico
tacemus. si ab eorum prauita
tibus abstinemus. De hac taci
turnitate michi videtur dixisse psal
mista. Tacui et ymolaui
in tabernaculo eius. hostiam
iubilationis. Tacuit itaque
et postea immolauit. quia facta

reproborum prius spreuit. ut hostia
iubilationis eius acceptabilis
deo fieret. Multi enim sunt qui
assidue laudant dominum. sed quia
vicia a se repellere nolunt. eorum
laudationis hostia non est ac
ceptabilis. Prima igitur taciturnitas
ad eos iustos. qui ante diluuium
fuerunt pertinet. qui et filii dei
dilecti sunt. Taciturnitatem igitur Iheri
cho tacendo tenuerunt. quia diu
a societate reproborum se sequestra
uerunt. Postquam archa dei et
pluribus circuitum Iherico tenuerunt.
ad castra redigerunt. quia vnus
quisque iustus taciturnitatis sue
tempore completo per mortem ad socie
tatem electorum. que sunt castra sanctorum
2 ducitur. Secundi diei taciturnitas ad
eos qui post diluuium vsque
ad moysen fuerunt pertinet. Quia
et ipsi taciturnitatem Iherico tenu
erunt. quia ab iniquitatibus repro
borum se separauerunt. Nam et ab
raham quamuis inter amorreos
habitaret non solum vitia. sed etiam
corporum societatem in eis horruit.
ut filio suo coniugalibus eorum nol
let accipere vxorem. Et de loth
qui apud sodomitas habitabat
dicit beatus petrus. quia audi
tu et visu iustus erat habitans
apud eos. qui de die in diem
animam iustam iniquis operibus crucia
bat. Eodem tercii. Tercia
3 vero taciturnitas ad eos qui sub lege
fuerunt pertinet. qui quanta solli
citudine a societate iniquorum
se separare debuerunt. ipsa lex mani
festat. Prophete non adque quantus

tercius pertinet in tempora predicationis apostolorum quos homines impiorum spreverunt atque reprehenderunt ut plures quidem eorum lapidati, quidam secti, quidam vero in occasione gladii mortui sunt. Apostoli vero et hii qui eis credentes crediderunt ad quos quintus terminus pertinet quanto studio se ab infidelium vitiorum consilio atque operibus segregaverunt Lucas in actibus apostolorum narrat. Sextus vero ad quos sextus terminus pertinet quanto ardore a societate impiorum se disiunxerunt beati martires Christi dicat. Septimus vero terminus ad eos qui temporibus antichristi futuri sunt pertinet. Sed et illi quoniam antichristi ministrorumque eius devincent presidia sicut liber manifestat. Septimo quoque die circuierunt sacerdotes cum archa Ihericho atque vociferantibus muri Ihericho ceciderunt omnisque populus cum rege suo interfectus est. Quia predicatoribus in fine mundi predicatoribus vitalis funemque mundi amicitiarum subito finis mundi adveniet omnisque civitas diaboli destruetur atque cum ipso capite suo diabolo perpetua morte dampnabitur. Legimus etiam in libro Iudicum Samsonem fortissimum habuisse vii crines. Samson Christum significat. Septem capillos vero omnes electos designat. Et sicut capilli Samson in vii partes divisi sunt, ita et omnis electorum numerus in vii partes per temporum qualitatibus divisi sunt sicut supra demonstravimus. Sed et hoc quod in Salomone scriptum

est: Sapientia edificavit sibi domum, excidit columpnas vii, prout huic mundo intellectum conicere. Sapientia namque edificavit sibi domum quam dominus noster Ihesus Christus ab initio mundi usque ad finem eius ex multitudine electorum ecclesiam sibi construxit et construet. Excidit columpnas vii qui in ipsis vii temporibus predicatores qui singulis temporibus convenirent in ecclesia sua statuit qui et monitis salutaribus et bonorum operum exemplis eam sustentarent. Possumus et hoc quod idem Salomon in alio loco ponit dicens: Da partes vii necnon et octo, huic nostre exposicioni coaptare. Primum igitur querendum nobis est quid sit unde partes facere precipimur. Est namque quoddam bonum et ipsum est summum bonum caritas videlicet que nisi partiatur perfectum bonum non erit. Partitur enim in dilectionem dei et dilectionem proximi. Et cum una sit habet tamen duo brachia quibus amplectitur deum et deum hominibus et homines deo coniungit. Sunt et due vite, una que activa, altera que contemplativa nuncupatur. Dilectio proximi ad activam, dilectio autem dei proprie ad contemplativam pertinet. Possumus igitur per vii omnem electorum multitudinem, per octo vero dominum nostrum Ihesum Christum intelligere eo quod octavo die resurrexit. Octi

itaque dei partem amoris sui
vii. dant quia in operacionibus vite
active occupant. videlicet cum maxime
proximis non solum carnalem sed et
spiritualem impendunt. Pro aut
ecia partem octo. cum eos amor
dei ad contemplacionem eius iterum
revocat. Alteram partem vii.
damus cum sanctis dei debita
veneracionis exhibemus. Partem
octo damus cum deo creatori
nostro debitum cultum impendimus.
Decaput. Et cum vidissem eum
cecidi ad pedes eius tanquam
mortuus. Ecce Iohannes qui sibi
stare videbatur. viso domino
cecidit tanquam mortuus. quia
unusquisque vir sanctus quantum
se ad contemplandum divinitatem
dei alcius erexit. tanto apertius
se introrsus inferius cadit
quia in comparacione dei eius ma-
gnitudo quam parva sit sensuale
perspicit. Unde tanquam mor-
tuus cecidit. quia in comparacione
dei se nichil esse perspexit. Ad pe-
des cecidit. quia incarnacionis
eius misterium quod per pedes figuratur
se nullomodo comprehendere posse
perspexit. Et posuit manum
suam super me dicens. Noli timere
Dextera manus in corpore plurima
officia facit. habet. ita et manus
dei in divinis scripturis pluri-
mas significaciones. Iob
namque flagellum dei manum vo-
cat cum dicit. Manum tuam longe
fac a me. et formido tua non
me terreat. Et item amicis dicit
Miseremini mei miseremini mei
saltem vos amici mei. quia
manus domini tetigit me. Manus ca
et Ieremiam manus sapiencie dei
tetigit. sicut ipse dicit. Et misit
dominus manum suam. et tetigit os
meum. et dixit michi. Ecce de-
di verba mea in ore tuo. et reliqua
Similiter et daniel manu con-
fortacionis dei tactus est. qui
post visionem angelicam nimia
prostratus iacebat. manum ad
se missam vidit. que cum confortan-
tem erexit. Loquere domine quia con-
fortasti me. Hac ergo confortacionis
manu. et Iohannes tactus est
que cum ne se ultra modum
deiceret confortando erexit. Ego
sum primus et novissimus. Quod
primus. cur dixit eternus filius
dei inicium habuisse. Cui inicium
habuit nec ipse primus. sed ipse a
quo inicium sumpsit fuit. Novissimus
ergo et novissimus ipse est. quia
sicut finem non habebit. sic nec inicium
habuit. Et fui mortuus. et ecce
sum vivens in secula seculorum. Hoc mani-
festum est. Et habeo claves mortis
et inferni. Qui clavem alicuius
domus habet. quem vult intromittit.
et quem vult ab ingressu domus
repellit. Per clavem ergo potestas
filii dei intelligitur. Claves ergo
mortis et inferni ipse possidet
quia quos vult a dampnacione
mortis per eternam misericordiam libe-
rat. et quos vult in eadem dampna-
cionis periculo iusto iudicio

remanē sinit Scribe ergo que vidi
sti et que sunt et que oportet fieri
post hec. Hic demonstrat uo
se de preteritus et futuris tantum
sed et de presentibus prophetiam texuisse
Scribe ergo que vidisti id est que
de presentibus tibi ostensa sunt. Que
sunt et que oportet fieri post hec
id est presentia et futura. Misterium
vii stellarum quas vidisti in dex
tera mea. et vii candelabra
aurea. subauditur quid signifi
cent. Quid significent subdi
do manifestat. Septem inquid
stelle angeli sunt vii ecclesiarum.
et vii candelabra aurea. vii
ecclesie sunt. Septem ergo angelos.
rectores vii ecclesiarum debemus
intelligere. eo quod angelus nuncius
interpretatur. et qui verba dei populis
annunciat. non incongrue angeli
id est nuncii notatur. Et sicut per vii
ecclesias vna ecclesia katholica
ita per vii rectores vii ecclesiarum
omnes rectores ecclesie katholice
designantur. Et angelo ecclesie
ephesi scribe. Hec dicit qui tenet
vii stellas in dextera sua. qui
ambulat in medio vii candelabro
rum aureorum. Per dexteram dei
potestas dei in hoc loco potest designari
per stellas sancti predicatores. Contin
git predicatoribus manum dei tenere
quia ab ipso gubernantur et regun
tur. et ipsi sunt copulati. sicut
ipse in ewangelio loquitur dicens. Sicud
palmes non potest ferre fructum
nisi manserit in vite. sic et
vos nisi in me manseritis. In medio
uero vii candelabrorum aureorum
ipse ambulat sicut ipse dicit per prophe
tam Inhabitabo in illos et
inambulabo et deus illorum dicam
et ipsi erunt michi populus. Scio
opera tua. Hec videlicet que operabaris
prius antequam refrigeresceret
inte caritas Et laborem et pa
tienciam tuam. Id est persecutiones quas
pro nomine meo paciente tolle
ras et quod non potes sustinere ma
los. cum diuina scriptura nobis
precipiat ut toleremus malos
Sed dehortatus michi dictum
videtur. Tam proximorum mala
aliquando reprehendendo corrige
debemus. tempore videlicet optimo. aliqua
paciente tolerare. ut quos
correctio non emendat paciencia
ad emendacionem prouocet Sunt
namque non nulli. qui proximos
reprehendere nesciunt nisi ira
inflammati. Horum aliquis
si non solum permagna verum
eciam pro parua aliqua re contra
proximum commotus fuerit. tandiu
iram in corde gestat usque dum
in actibus proximi aliquid
videat quod reprehendere possit.
et tunc letus efficitur. cum reprehen
sionis vindictam proximo intu
lerit Quod si aliquis viderit
displicuisse. dicit se zelo dei
hoc fecisse. At vel tu te ergo
qui talis es. cur queris fal
lere eum. qui occulta cordium
considerat. Si zelus dei
in te est. cur oculi perturbati
grauantur more dyabolice de
siderans malum potius videre

qui bonum desiderans in proximo
videt malum quod reprehendas
non bonum vel verum esse fateris. Sunt
etiam multi qui eos a quibus
aliquam iniuriam pertulerunt
etiam pro minimis delictis impa-
tienter insectantur. Eos vero quos
diligunt non solum non reprehen-
dunt quamvis gravia de-
liquerint, sed etiam tota virtute
defendunt. Infelix amici-
cia que illum quem diligit
tacendo et defendendo dampnat,
tradit illum necdum tantum iratus et
reprehendendo a diabolo ab-
strahit. Correctio quoque illa in-
sta est que zelo dei et ex
superno amore descendit, que
non propter iram vindicandam
sed propter animam salvandam
proximi profertur. Verumque
hec pariter diximus ad ea
que requiruntur redeamus. Igitur
hec que presuli ecclesie Ephesi
dicuntur quia non potes sustinere
malos dehortatur debemus in-
telligere. Omnis enim qui pastor
est ecclesie, societatem hereticorum
quantum potest vitare debet ne
per occasionem familiaritatis
corda simplicium veneno sue
malicie corrumpat. Sicut enim
lupus quietus inter oves sine
latratu canum esse non
potest, sic nec hereticus inter
simplices. Sequitur. Et temp-
tasti eos qui se dicunt apostolos
esse et non sunt, et invenisti
eos mendaces. Quidam
prava docentes temporibus apostolorum
apostolos se esse dicebant ut per
reverentiam nominis facilius per-
versam doctrinam in cordibus audien-
tium plantarent. Hos et apostolus
dampnat et dominus in euangelio
cavendos esse insinuat cum dicit
Attendite a falsis prophetis qui ve-
niunt ad vos in vestimentis ovium,
intrinsecus autem sunt lupi ra-
paces. Hos quoque iste falsos com-
probat quia doctrinam falsam esse comprobat.
Et patientiam habes et sustinui-
sti propter nomen meum et non defe-
cisti. Hoc in hoc apparet patien-
tia quia in laboribus quos
pro nomine meo sustinuisti non defe-
cisti. Sed habeo adversum te quod
caritatem tuam primam reliquisti.
Multi sunt qui in initio conversationis
sue in fervore devotionis consistunt,
sed processu temporis tepescunt. Sic
presuli ecclesie Ephesi con-
tigisse est manifestum. Memen-
to itaque unde excideris. Unde ex-
cideris est, quia deus caritas
est. Et age penitentiam. Videlicet
eo quod per temporalem et ignaviam
tuam caritas desuetus sis. Et
prima opera fac. Sin autem venio
tibi cito, et movebo candelabrum
tuum de loco suo nisi penitentiam
egeris. Si per candelabrum ecclesia
ephesi designatur, cur propter peccatum
pastoris ecclesia locum suum perdet,
cum scriptura dicat non morientur
patres pro filiis neque filii pro patribus,
sed unusquisque in peccato suo
morietur. Sed plenum videtur
michi mentibus que illi per pasto-
rali cura debebant designari
ut sit sensus: Nisi penitentiam
egeris propter quod caritatem tuam
primam reliquisti et ad prima

opa no rediens. ut qd ore pre
dicas ope impleas. morte de
que tibi pastorali cura debe
bat subtraham. Sed hoc hes
videlicz ut candelabru tuu no
moveat. quia odisti facta nico
laitaru. quo et ego odi. mor
tes que tibi pastorali cura
debebat adhuc tibi manet.
Nicolaite uo erant heretici qui
supius dixit no posse eu susti
nere. Qui hz aures audiat
quid sps dicat ecclijs. Qui
cunctis aures hntibus dr. Qui
habz aures audiendi audiat.
aures pauldui cordis requirit.
Vincenti dabo edere de ligno
uite. qd est i padiso dei mei.
Duo ligna fuut i padiso me
padisi. i quibz vnu lignu scie
tie boni et mali notabatur.
Qz noiu unus talis cat. ut si
quis de ligno uite comedisset no
moretur uictum. Si quis uo
de ligno sciencie boni et mali
comedet quuis eet i mortalis
mortalis statim fiet. Padisus
igit ecclam significat. Lignu
uo uite i me padisi. xpistus
est i me ecce sue. Lignu aut
scie boni et mali. qd tipm i
me padisi fuisse dicit dyam
significat. qui int fideles di
scurre no cessat. ut quoscuqz
potest decipiat. Lignu igit uite
ad electos. lignu uo sciencie
boni et mali ad repbos ptinet
Fructus qe ligni uite. electi
comedunt ut in ipm vivant. q
precepta eius custodiunt
ut in ipm vivant cu domio
Fructus uo ligni sciencie
boni et mali repbi come
dunt et moriunt. qui a sug
gestionibus dyaboli omibusqz
acquirunt. Et sic mulieri
delectabiliores sunt fructus
ligni sciencie boni et mali
qua fructus ligni uite. ita
et repbis dulcior est gloria
huius seculi quam oculis cor
poreis uident i quam gloria
celestis patrie. que no nisi
spalibus oculis uidetur.
Sz orit questio. cur lignu
scie boni et mali dr. cu pro
boni sciam mali ministrat
no sciam boni. Et nec nuosi
uidet ita esse solvenda. Pri
mus naqz angelus. qui crea
tus est sciam boni hnit. no
sciam mali. Sciam no mali
psencrtipm inenit. ob quam
causa de illa celesti gloria
deiectus est. De ligno qe
scie boni et mali. primus ho
comedit. qui illius suggestio
nes secutus est. qui sciam
boni et mali habebat. Nos
em lignu sciam mali doce
potuit. Sz dyabolus ppeptu dei
homi trasgredi suasit. dicit
qo. Vincenti dabo edere
de ligno uite. qd e i padiso
dei mei. Ille vincit. qui i
bonis opibus usqz ad finem
uite pseverat. Vincenti qo
xpc edere de ligno uite da
bit. quia precepta sua usqz
ad fine uite servantibus. i mor
talitatis sue gloriam in celesti

beati^rc. secundum dabitur. ut cum eo et
naliter vivat. cuius precepta in seculo
positi servare studuerit. Quod
aut premium donum suum vocavit.
ad humanitatem pertinet. Et angelo
smirne ecclesie scribe. Hec dicit
primus et novissimus. qui fuit
mortuus et vixit. Scio tri
bulacionem tuam. et paupertatem
tuam. Potest fieri ut smirne
omni civitas eandem persecucionem
atque tribulacionibus suis in rapinam
bonorum suorum pertulerit. quam
et illa que apud iherosolima
erat. ideoque paupertas et tribu
lacio eius a domino qua pro ipso
sustinuit laudatur. Potest et
per hoc voluntaria paupertas vo
luntarie intelligi. de qua dominus dicit in
ewangelio Beati pauperes spiritu.
quoniam ipsorum est regnum celorum. Quia
dives es. Pauper videlicet rebus.
dives virtutibus. Et blasphe
maris ab hijs. qui se dicunt
iudeos esse et non sunt. sed sunt
synagoga sathane. Iudei con
fitentes interpretantur. Iudei qui
christi blasphematores negant
non iudei id est confitentes. sed sy
nagoga sathane. ubi in tenebris
uter notat l. Nichil horum
timeas que passurus es. Pre
dicit ei adversa. ut nemimora
facilius tolerare posset. Ecce
missurus est dyabolus ex vobis in
carcerem ut temptemini. Id est
quosdam ex vobis in carcerem mitte
di sunt. ut temptemini utrum tor
re penarum a fide recedatis. an
pro amore christi mori deliberetis

Et habebitis tribulacionem diebus
decem. Tempus quo hec persecucio t
debuit sentiunt esse demonstrant.
Esto fidelis usque ad mortem et dabo
tibi coronam vite. Corona vite
gloriam sempiternam demonstrat.
Qui habet aures. audiat quid
spiritus dicat ecclesijs. Qui vicerit.
non ledetur a morte secunda. Que secunda
sit mors secunda. in sequentibus dicetur.
Et angelo pergami ecclesie scribe.
Hec dicit qui habet rompheam
utraque parte acutam. Per rompheam
iudiciaria potestas domini intelligitur.
Que utraque parte acuta est dicitur.
propter duo iudicia. unum quod factum
est per aquam. alterum quod fiet per ignem.
Sed concludimur ab hoc intellectu.
eo quod illud iudicium iam peractum
atque per iram dei absolutum sit
et nunc usque iudicij illius actu
mem deletum est. qui deus dixit
ad noe. pone zignum in arcu. quia
non adiciam ultra aquas diluvij
supra. Videtur quod melius proph
eciam diviniam scripturam debe
intelligi. que propter rescinda vi
cia acuta esse dicitur. apostolus duo te
stamenta utraque parte esse acuta
demonstratur. Nam et vetus et
novum testamentum hec nobis indefi
nenter amonet. ut vicia relin
quamus et in bonis operibus nosmet
ipsos exerceamus. quatinus salutem
animarum nostrarum in nomine possimus.
Scio ubi habitas. ubi sedes est
sathane. Id est inter illos habitas
qui sessorem habent dyabolum. Et te
nes nomen meum. et non negasti
fidem meam. Id est quamvis ab
his inter quos habitas provoce

3m

Romphea grece latine dicitur gladius. sicut rom
phea est gladius ex
utraque parte acutus
quem vulgo spatam di
cunt ipse est fram
ea secundum ...

meo assidue persecutiones perstas.
tamen nomen meum tenes. et fide
meam non negasti. Et in diebus
illis antipas testis meus qui
occisus est apud vos. ubi sathan
as habitat. Et in diebus illis.
id est in diebus quibus persecutio
apud vos amplius fervebat
antipas testis meus subau
ditur extitit. qui occisus est apud
vos ubi sathanas habitat. A
pud vos occisus est. et non a
nobis. sed ab illis inter quos vos
habitatis in quibus habitat dyabolus.
Sed habeo adversum te pauca.
quia habes illic tenentes
doctrinam balaam qui docebat
balac mittere scandalum coram
filiis israel. ita habes et tu tenen
tes doctrinam nicolaitarum. Le
gimus in libro Numeri quod
balac rex moabitarum ad
suggestionem balaam posuit
speciosas mulieres in conspectu
filiorum israel. diis suis sacrifi
cantes. Quarum pulchritudo
non solum ad perpetrandam libidinem
eos attendit. sed etiam ut de
sacrificiis eorum comederent per
duxit. Nicolaite vero erant
heretici nuptias detestantes.
docentesque fideles. ut quibus
cumque vellent miscerentur. more
bestiarum. Cecidit ergo per doctrinam
balaam filii israel in fornica
tionis malum delapsi sunt
propter quod multi perierunt eorum. ita
et nicolaite quosdam ex fidelibus

Balaam interpretatur vanus populus
Balaac interpretatur precipitans vel devorans

De nicolaitis

qui apud pergamum erat. sua
prava doctrina informatos
malum decurrunt docentes eos.
ut nullo se vinculo coniugali
constringerent. sed quibuscumque vel
lent passim miscerent. Quod
autem dicit. habeo adversum te pa
uca. significat paucos ex fi
delibus abiectas fuisse de
ceptos. Similiter penitentiam
age. Hoc quod dicit similiter
videtur mihi ad angelum con
fessi ecclesie respicere. tamquam dicat
penitentiam age. eo quod caritatem
tuam primam reliquisti. Quasi
dicat. Sicut precepi angelo con
fessi. ut penitentiam ageret. eo
quod caritatem primam reliquisset.
similiter et tu penitentiam age. eo quod
caritatem deviavit. ut aliorum
tuorum per tacitum te consentires.
Si quominus veniam tibi cito.
Quia et per adventum domini mors in
telligi potest. Veniet utique dominus
cum tunc vel. qui per mortem
animam a corpore separat. Cito i
improvise. Sic de suo neglige
nti dominus in evangelio loquitur. Veniet
autem dominus servi illius in die
qua nescit. et hora qua i
gnorat. et dividet eum. partemque
eius cum ypocritis ponet. Ho
cum ex parte et alia consistit
Veniet dominus homicidium. tunc
animam a corpore separat. partem
eius cum ypocritis ponit quia
animam que secunda pars est in homine
pravitatibus suis cum impiis
cruciandam tradet. Sub hoc ergo
quod dicit veniam tibi cito. id est
per mortem quem per mundum negligens

dissolvam. Sequitur. Et pu
gnabo cum illis in gladio oris
mei. id est alioquin in loco tuo ponam.
et ponam gladium verborum meorum
in ore eius in quo deiciat adver
sarios veritatis. Qui habet
aures. audiat quid spiritus
dicat ecclesiis. Utrumque hec
sententia ponitur. vel in evangelio
vel in hac capitulo ipsi secundum
est institutum esse. quod dicitur
et ad intelligendum difficile
Vincenti dabo manna ab
sconditum. Legimus in veteri testa
mento. quia populus in decorum
deserta gradiente dominus
manna pavit. usque dum ve
nerit ad terram repromissionis
Per manna igitur sapiencie
que christus est potest intelligi
ipse est enim panis vivus qui
de celo descendit. Hoc pane
aluntur omnes electi id est to
ta presentis huius seculi peregri.
usque dum veniat ad terram rep
promissionis. id est ad celestem
beatitudinem. quam repromisit deus
diligentibus se. Absconditum
autem ideo dicitur quia sapientia dei
superbis absconditur. et humilibus
revelatur. Unde ipse dicit in evangelio
Confiteor tibi domine pater celi
et terre. quia abscondisti hec a
sapientibus et prudentibus. et re
velasti ea parvulis. Et dabo ei
calculum candidum. Per calculum
qui lapis parvus est et ad calcu
landum sic notatur evangelium pos
sumus intelligere. quia sicut anti
qui per lapidum multitudinem

magna sibi congregabant ad pre
cientes et dividendos numeros.
ita et doctores ecclesie multa verba
evangelii in cordibus suis congregant
Quorum enim obscuritates. et spiri
tales intelligentias et intelli-
gentes auditoribus suis aperiunt. quasi
numeros suos dividunt. et ponuntur
Et in calculo nomen novum scriptum
quod nemo scit nisi qui accipit
Quod est hoc nomen christi. quod in cal
culo evangelii scriptum esse dicitur
In principio erat verbum. et verbum erat
apud deum. et deus erat verbum
Et iterum. Ego et pater unum sumus
Et idem evangelista dicit in alio loco
quia non solum solvebat sabbatum.
sed et patrem suum dicebat esse deum
equalem se faciens deo. Si christus
equalem se faciebat deo. cur
dicit arrius maiorem minorem esse
filium patre. Hoc ergo nomen quod
in calculo scriptum est. nullus
scit nisi qui accipit. quia omnis
potentia divinitatis equalitate filii
cum patre nullus scire prevalet.
nisi cui doctrina evangelii data
fuit. Sed est aliud quod nosse
Item paulus supra dixit. Vin
centi dabo manna absconditum.
et dabo illi calculum candidum.
et in calculo nomen novum scriptum.
quod nemo scit nisi qui accipit
Si igitur illis qui digne vincunt.
et manna. et calculus et nomen
promittitur dare. ergo impii qui digne
non vincunt. sed ab eo vincuntur
quamvis baptismata. quamvis fidem
christi videantur suscepisse. ab hoc
munere alieni existunt. Sed dicit

aliquis/ Et non iratus quisque
et medicinis scripturis eruditus
misterium nominis cristi nesciat quamvis
et selum diligat. et voluptuose
vivit/ Hunc ergo duorum hominum si-
militudine. mel. ventrem possidere
non opponam. ex quibus unus expe-
edere solitus erat. alter vero ex
eius esu quadam necessitate cogente
omnibus modis abstinebat/
Et vero si tibi melius sapore
mellis scitus cognovisse. utique
respondebis mihi. quia est qui
cuius dulcedine prius solitus erat
et tamen si interrogasses. de mel-
le utrosque. cuius esset saporis uter
que dulcissimi et fateretur/ Et ille
diceret quod audivit. iste quod ex
pertus erat. Illius lingua loquitur
quod fauces ignorabant. istius
autem quod delectatio docuerat/
Ille igitur qui mel non ad utendum
sed ad lucra exaggeranda posside
bat. eos significat qui ex scientia
divinarum scripturarum gloriam tempora
lem plusquam eternam capessunt
Ille vero qui mel absque possi
debat. ut eius dulcedine dulcedine
assidue frueretur. eos significat.
qui mandata dei non pro gloria
temporali. sed pro amore dei discere stud
ent. ut per eorum operationem ad gloriam
eternam pervenire mereantur. Illis
mandata dei quamvis ea pre
dicant dulcia non sunt. quia
non dulcedinem celestis patrie sed
dulcedinem terrenam que amaritu
dine gravat diligunt. Istis
autem mandata dei spes celestis
patrie dulcia fiunt. sicut dicit
psalmista. Quam dulcia fau
cibus meis eloquia tua super

mel et favum ori meo. Illi
ergo soli sciunt nomen dei. qui
custodiunt mandata dei. Sciunt
vero se illum diligunt. qui ingul
dam inciis semetipsos destruunt.
qui desideria carnis sue
preferunt. nesciunt vero deum. quia
timorem et amorem eius a
mente sua abiciunt. Aliter
potest per calculum nomenque
in eo scriptum beatitudo
designari celestis patrie
ut per calculum celestis patria
per nomen vero in eo scriptum beati
tudo celestis patrie signetur.
Hoc ergo novum nullus scit.
nisi qui calculum accipit.
quia quanta sit illa celestis
beatitudo nullus scire prevalet
nisi qui ad eam pervenire
meruerit. sicut dicit ysaias
propheta. Oculus non vidit deus
absque te. que preparasti expec
tantibus te/ Et angelo tia-
tyre ecclesie scribe. Hec dicit
qui habet oculos ut fla
mmam ignis. et pedes eius
similes auricalco/ Et quid
ista significent. supra
dictum est. Novi opera tua et
caritatem tuam et fidem et
ministerium. et patientiam et
opera tua novissima plura
prioribus. Hic ponitur
laudat. sed sicut sequentia ma
nifestat sola tertitudinis
culpa in eo redarguitur. Sed
habeo adversum te quia per
mittis mulierem iezabel que
se dicit propheten. docere et sedu
cere servos meos fornicari

Iezabel interpretatur sterquilinium. quo significatur
2 corporis immunditia ... corrupti
... alios interpretatur ...
... in q per ...

et manducare de ydolotitis
Hec mulier que iezabel
ipsissime tempore. ideo se
prophetem mendaciter esse simu
labat ut facilius sub religionis
nomine falsam doctrinam in
populum dei introduceret. et sicut
iezabel cogebat populum dei
deserere et idola venerari
ita et hec populum dei adulterari
dei. id est a fide vera tenta
bat perversa doctrina separare
conformatur eius anima. quecumque
a deo creatore suo recedit.
Idolotitum vocat illud quod
idolis erat consecratum.
Docebat enim hec mulier
mensas nocte fidelibus. sic ideo
manducarent carnes que ido
lis immolabantur. Et dedi
illi tempus. ut penitentiam ageret.
et non vult penitere a fornica
tione sua. Sic et beatus
Iob de impio dicit Dedit
illi deus locum penitentie. et ille
abusus est eo in superbiam
Ecce mittam eam in lectum
Et qui mechantur cum ea
in tribulationem maximam erunt.
nisi penitentiam egerint. et filios
eius interficiam. Ecce mulieri
et filiis eius penitentie locus
nullus permittitur. eo quod penitentie
tempus. a deo sibi indultum
spreverunt. Hys autem qui
mechabantur adhuc locus
penitentie permittitur. Videntur ergo
mechi hii qui mechabantur
cum ea designare. qui pravis
eius affectionibus fautores
nondum ex toto informati mali
tie eius iuncti sunt. Per
filios autem eius eos designari

qui iam ex toto decepti ab ea
nec medicamentum correctionis ullo
tempore volebant. Per lectum autem in
quo mulier mittenda erit infer
nus designatur. in quo sepultus
est et dives. de quo dicitur dives in
evangelio mortuus est autem dives
et sepultus est in inferno. Per tri
bulationem autem maximam in qua
puniendi erunt qui mechabantur
cum ea nisi penitentiam agerent.
et per mortem qua filii eius
interficiendi erant. eadem pena
inferni designatur. Et scient omnes
ecclesie. quia ego sum scrutans
renes et corda. Per renes qui
infra corpus continentur in quibus
libido procedere dicitur peccata ab
scondita. per corda autem cogita
tiones occulte designantur.
Et est sensus. Et scient in
die videlicet iudicii. qui ista
mulier. et omnes qui decepti
sunt ab ea dampnabuntur. et
omnes ecclesie. id est omnes qui christia
no nomine censentur. non solum
electi. sed et reprobi. quia ego su
m scrutans renes et corda. id est
non solum peccata que patent. ve
rum etiam que latent. sed et pravas
cogitationes intueor. Et in
illa die dabo unicuique vestrum
secundum opera vestra. Vobis autem
dico. ceteris qui tyatire estis
Quicunque non habent doctrinam
hanc. qui non cognoverunt altitudines
sathane. quemadmodum illi
dicunt. non mittam super vos aliud
pondus. Hoc quod dicit. videtur
mechis non ad doctrinam intentis
tamen sed ad falsos apostolos pertinere
qui docebant eas quod ex gentibus

crediderunt · ut legem et circumcisionem interirent. Et quia iudei de legis observantia superbiebant · et post eorum datam custodia legis secundum literam aliquid intellexi est quia sunt dyaboli. Possumus per altitudinem sathane ipsam legem si carnaliter impleatur intelligere. Sequitur ergo et tale est. Vobis dico ceteris qui tyatire estis videlicet qui in fide persistitis. Quicumque non habent doctrinam hanc · i · qui non receperunt doctrinam illius pessime mulieris qui non cognoverunt altitudinem sathane · quemadmodum illi dicunt · id est qui legem non receperunt · quemadmodum falsi apostoli dicunt · ut eam carnaliter impleant. Receperunt quidem eam ut spiritualiter implerent · non receperunt autem eam ut carnaliter custodirent. Verbi gratia. Illi dicebant quia nisi circumcidatis carnem preputii vestri non potestis salvi fieri. Isti autem circumcisionem non carnaliter sed spiritualiter intelligentes circumcidebant cordibus suis · et a carne sua eius vitia. Illi dicebant ut observarent sabbatum intellexerunt apostolis in eo facientes · isti autem omne tempus vite sue pro sabbato accipientes · ab omni opere servili id est a peccatis iniquitatum potuerunt abstinere curabant. Non mittam super vos aliud pondus. Id est qui in fide perstiteritis · qui falsos apostolos non recepistis. Non mittam super vos aliud pondus nisi quod ab apostolis preceptum est

nobis · ut abstineatis vos ab escis qui ydolis immolantur · et suffocato · et sanguine · et fornicatione. Verumtamen id est quod habetis tenete donec veniam. Ac si diceret Quia parvuli estis · et lac nobis opus est non solido cibus · fidem quam didicistis tenete donec veniam · ut prosperatamus nec gravem ad altiora opera venturum agendi nos prudenter. Et qui vicerit et custodierit usque in finem opera mea · dabo illi potestatem super gentes · et reget eas in virga ferrea tamquam vas figuli confringentur · sicut et ego accepi a patre meo. Et finem in hoc loco mortis intelligit. Qui ergo vicerit mundum cum concupiscentiis eius · et perseveraverit usque in finem · dabitur ei potestas super gentes · et reget eas in virga ferrea. Quidam per finem mortis intelligunt. Quoniam electi post mortem gentes regere dicuntur · cum tamen illa beata vita nullus sit qui regatur in virga ferrea · ubi nichil discordie · nichilque pravum invenitur · nisi forte eo sensu intelligamus · quo illud qui fecit que futura sunt. Quia enim que secundum dispositionem dei ventura sunt in prescientia eius iam quasi facta consistunt · quia non potest fieri ut mutetur aliquid ex omnibus que statuit deus ut fiant. Similiter et suis quibus presunt

prestituit deus futuros iustos. et in bonis operibus perseveraturos. ante ortum illorum hec prestitit. ut habeant potestatem super gentes. et regant eas in virga ferrea. sicut ad iheremiam legitur dictum. Priusquam te formarem in utero novi te. et antequam exires de vulva sanctificavi te. et prophetam in gentibus dedi te. Unde in secundo quoque psalmo scriptum est. quia dixit pater ad filium. Postula a me. et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre. Reges eos in virga ferrea et tamquam vas figuli confringes eos. Dedit pater filio potestatem. ut regat gentes in virga ferrea. Dedit et filius apostolis potestatem et ceteris predicatoribus ut regant et ipsi gentes in virga ferrea. et tamquam vas figuli confringant eos. Per virgam igitur ferream ewangelium designatur. sicut et per virgam ligneam lex. Nam virga lignea qua utebatur moyses ipsam legem que adeo data est pretendebat. Ipsa namque virga sicut in exodo legimus percussit bis silicem. et egresse sunt aque largissime. quod hoc fit cum quod dominus ait venientes fluenta doctrine celestis. idest ewangelium de se produxit. Bibit populus et iumenta id est iudei et gentes. Ipsa

etiam virga in tabernaculo floruit invicemque produxit. quod in tabernaculo etiam posita vetus testamentum florem spiritualem produxit. Ipsique flores fructus bonorum operum ediderunt. Hoc totum ideo diximus. ut demonstraremus per ligneam virgam designatam fuisse legem. Et quia angustiora sunt precepta novi testamenti quam veteris. non sine ratione per virgam ferream ewangelium. per ligneam autem lex significatur. In illo dicitur comedetis et saturabimini. bibetis et inebriabimini. dormietis et non erit qui exterreat. Et item. Comedetis vetustissima veterum. et vetera novis supervenientibus proicietis. Et multa alia que ad delectationes carnales pertinent. Hic autem dicitur. Videte ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius seculi. Et item. Arta et angusta via est que ducit ad atria vite. Et Paulus apostolus dicit. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros. in multa patientia in vigiliis et ieiuniis Et alia innumerabilia. que in novo testamento de maceratione carnis invenimus. Nam et dominus in ewangelio. quam angustiora sint sua precepta preceptis legis manifestat cum dicit. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis. quia omnis qui irascitur fratri suo. reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha. reus

erit concilio. Qui autem dixerit
fatue, reus erit gehenne ignis.
Et item dictum est: Non mecha-
beris. Ego autem dico vobis: quia
qui viderit mulierem ad concupiscen-
dam eam, statim mechatus est
in corde suo. Et item dictum
est antiquis: Quicumque
dimiserit uxorem suam, det illi
libellum repudii. Ego autem dico
vobis: Quicumque dimiserit
uxorem suam, excepta causa
fornicationis, mechatur. Et qui
dimissam duxerit, mechatur.
Et item dictum est antiquis:
Oculum pro oculo, dentem pro dente.
Ego autem dico vobis: Non re-
sistere malo. Sed si quis te per-
cusserit in dexteram maxillam,
prebe ei et alteram. Et qui
voluerit tunicam tuam auferre,
dimitte ei et pallium. Et item
dictum est antiquis: Diliges
amicum tuum et odio habebis
inimicum tuum. Ego autem dico
vobis: Diligite inimicos vestros,
benefacite hiis qui oderunt vos,
et orate pro persequentibus vos
et calumpniantibus, ut sitis fi-
lii patris vestri qui in celis est.
Hec igitur verba domini que protulimus
apte demonstrant pugnam fer-
ream eorum, plurimam autem
fragilem et mollem legem
figurari. Per vasa autem figu-
li corda gentilium erroribus et
viciis demonum repleta desig-
nantur. Nunc a tactu ferree
virge confracta sunt, quia venien-
te eorum illius gratia omnis error

gentilium destructus est. Et
que autem antea vasa ficti-
lia facta sunt vasa contu-
melie temptamenta demonum
et eorum persecutiones malorum
hominum fortissima. Et dabo
illi stellam matutinam. Id est
incipium illi dabo. Ipse est
enim stella matutina, de quo
dicit scriptura: Orietur stella
ex iacob. Et consurget homo
de israel et percutiet duces
q're moab moab. Moab dicitur corrupte.
Et dominus dixit iudeis: Vos
corrupte dya. estis. Duces
ergo moab percussit qui omnes
fabricatores eorum operatur.
r Et angelo sardis ecclesie
scribe: Hec dicit qui habet
vii spiritus dei et vii stellas.
Septem spiritus dei vii dona sunt
spiritus sancti, que in dominum descen-
disse propheta ysayas testatur
dicens: Et requiescet super
eum spiritus domini, spiritus sapientie et
intellectus, spiritus consilii et
fortitudinis, spiritus scientie et pietatis,
et replebit spiritus timoris domini.
De hiis septem spiritibus quos
dominus dederit consequentibus
dicemus. Que sunt autem vii
stelle superius dictum est. Sci-
o opera tua, quia nomen
habes quod vivas, et mortuus
es. Nomen habebat quod
vinceret, id est nomen christiani,
sed mortuus erat, quia fidei opera
que est caritas non habebat.
Esto vigilans et confirma cetera

que mortua erant. Vigilat
qui semper bona opera exercet.
Precipitur ergo huic ut vigi
let id est ut in aliis operibus
semetipsum exercitet. ne ipsa
bona que adhuc videbantur
esse deperirent. Et enim sicut
corpus mortuum est sine ani-
ma. ita et nos quelibet bona
iudicatum habere. mortua sunt
si caritas desunt. Non enim
invenio opera tua plena
coram deo meo. Non erant
plena sed vacua. quia ea
caritate non replebant. Pu
et quinque virgines fatue a
contubernio sponsi celestis
repulse sunt. quia oleum
caritatis in vasis suis habere
noluerunt. In mente ergo habe
qualiter acceperis et audieris.
et serva et penitentiam age. Id
est recordare qualiter fidem
christi in baptismo receperis. ubi
promisisti renunciaturum se
diabolo et omnibus operibus eius
Recordare etiam quia doc
toribus fidei christiane. qui
te fidem christi docuerunt
qualiter te vivere oporteret
audivisti. Et serva quod au
disti. et penitentiam age. eo quod
ab omnibus operibus tuis deviare
ceperis. Si ergo non vigilaveris.
id est ad bona opera agenda
temetipsum non excitaveris.
veniam tamquam fur. et ne
scies qua hora veniam ad
te. Illi deus tamquam fur superveniet
ut eum per mortem absque emen
datione habitatione subtrahat

qui in prioritatibus suis re
quiescens. neque animis suis int
elligunt. nam ipsam mortem
ante oculos ponere. sicut dubitat
in ewangelio. quia si sciret pater
familias. qua hora fur ve
nturus esset. vigilaret utique
et non sineret perfodi domum
suam. Per patrem familias
mentem possimus intelligere.
que sit paterfamilias ce
teris qui in domo sunt prin
cipatur. ita et mens omnibus
actibus corporis et cogitationibus
preest. Pater igitur familias
dormit. furque veniens do
mum perfodit. quia mens in de
lectationibus carnalibus rese
scens. mors dum non previderet
superveniet. atque domum corporis
perfodiens animam abstrahit.
Si autem vigilaverit. id est in
bonis operibus perseveraverit.
mortem non ut furem. sed libe
ratricem perficit. Sed habes
pauca nomina in Sardis. qui
non inquinaverunt vestimenta sua
Ecce pastori negligenti sollici
ti vigiles promittit. ut salte
eorum imitatorem perficiat. Sed
mirum tunc pauca nomina
esse dicat. et non paucos
homines. Sed ad excellentiam
magnam aliorum sic pertinet.
tum eum deus vocatione sanctitatis di
tet. sicut moysi perfecto vo-
dicit. Novi te ex nomine
Et deus dicit in ewangelio. Et
proprias oves vocat nominatim

et edunt eas. Isti g° pauci
qui note dei laudan̄t in eut
nō inquinauerunt uesti^ta^ sua
id est mundiciam quam i bap
tismo perceperunt. sordib; peccatore
nō inquinauerunt. Et ambula
bunt mecum in albis. quia
digni s̄t. id est opib; bonis
Qui uicerit sic uestiet
uestimentis albis. id est qui
per penitenciam et lacrimas dyab͞l
uicit. et uicia omīa a se
expulerit. eandē mundiciā
quam baptisatus possidet
et ipē consequetur. Hoc ideo
dicit. ut pastore sardis
ecclie. et omes eciā pasto
res ad primam puocet. Et
nō delebo nomen eius de
libro uite. Qi librū uite p
destinacionem uocat. quomodo
de libro uite aliquis deleri
potest. cum apl̄s dicit. q°s
autem pdestinauit hos et uocauit.
et quos uocauit hos et
iustificauit. et quos iusti
ficauit ipos et glorificauit.
nisi forte ita intelligamus
quia sunt multi qui ab
hominibus iusti putantur
sed i conspectu dei i iusti existunt
Ergo homines qui eos iustos
existimant. iam in lib° dei
eos scriptos ee putant Sed
in die iudicij cum facta rep
borum atque iustorum oculis patue
runt. hec inscripcio atque fal
sa subscripcio suspicio a
uiuentibus eorum delebitur

tum eorum dampnacionem pro ipie
tatibus suis conspexerint
Et confitebor nomen eius
coram patre meo. et coram
angelis eius. Confessio
nunc fit et nominum iustorum
qui secundum qualitatem me
ritorum muneribus accipiet
Et angelo ecclie filadel.
fie scribe. Hec dicit sanctus
et uerus. qui habet cla
uem dauid. Regnum. i. le
regni. quod dixit dominus ad
dauid. Et erit cum dormie
ris cum patribus tuis suscita
bo semen tuum quod egredie
tur ex te. et firmabo regnum eius
in sempiternum. Ego ero ei
in patrem. et ipe erit michi
in filium. Hoc de xpo esse
dictum. nullus e nisi pfidus
iudeus qui abnegeret. Et i
domo obserata. nullus
nisi per clauem potest intrare.
Filius ergo dei habet claue
dauid. quia ipe hominem
assumpsit ex genere dauid
Qui clauem dauid
uocat. per quam reseruata
sunt occulta. et que deus
ad dauid. et que dauid
de deo locutus est. Qui
aperit et nemo claudit.
claudit et nemo aperit
Aperuit dominus ihesus per prius
ueteris testamenti. ad intellige
da diuina misteria. que
in eo latebant quod nullus
claudere potest. Clausit uero

obseruancia litterarum legalis super
fluam quia nullus aperire
poterit. Aperuit etiam corda
gentilium ad percipienda doc
trinam fidei. que nullus perse
cutorum claudere potuit. Cla
usit non atque desiit cultu
ram ydolorum. quam nullus
persecutorum aperire potuit. Ape
ruit etiam aditum regni
celestis electis quod nulla uis
demonum claudere potest.
Clausit non eundem aditum
reprobis. quod nullus eis contra
aperire poterit. Scio opera
tua. Ecce dedi coram te hostium
apertum quod nemo potest claudere
quia modicam habes uirtutem
et seruasti uerbum meum. et
non negasti nomen meum.
Videtur innuere quod iste ange
lus ecclesie filadelfie non sa
tis in diuinis scripturis fuit
eruditus. et ideo dixit
eum modicam habuisse uir
tutem. ad reuincendos ini
micos fidei ueritatis. Et est
sensus. Quia in persecutione
constans fuisti. et seruasti
uerbum meum. id est predicationem
uerbi mei non cessasti. et
nomen meum non negasti. Ideo
quia modicam habes uirtutem
dedi coram te hostium apertum
in diuinis scripturis. ut in
telligas misteria diuinarum
scripturarum. quod nemo poterit
claudere. id est sapientiam que ibi
dabitur nullus poterit resistere

inimicorum. Ecce dabo de syna
goga sathane subaudi quosdam
id est Iudeos qui sunt synago
ga sathane. qui tibi aduersa
bantur. et quorum infestationem
assidue tolerabas. ut credat
uerba tua in me. Ecce faciam
illos ut ueniant. et adorent
ante pedes tuos. et scient quia
dilexi te. quoniam seruasti uerbum pa
tientie mee. id est cum crede
rint uerba tua in me. ado
rabunt ante pedes tuos
deprecantes ut per te uita eterna
consequantur. Et ego te seruabo
ab hora temptationis. que
uentura est in uniuersum orbem
temptare omnes qui inhabitant
terram. Hora temptationis
diem iudicii significat. Tempta
tionem autem pro manifestatione
posuit. quia singulorum tan
ta tunc manifestabuntur. Sicut
e contrario legimus. Temptat uos
deus ut sciat si diligitis eum.
id est ut manifestum fiat et appa
reat omnibus si diligitis eum.
Pro die ergo iudicii posuit horam
temptationis. hora manife
stationis designatur quia singulorum
facta omnibus manifestabuntur.
A qua hora temptationis electos
suos deus saluabit.
Ecce uenio cito tene quod
habes. ut nemo accipiat coronam
tuam. Tene quod habes id est
bonum quod habes. usque in finem
uite tue. tene ut nemo ac
cipiat coronam tuam. id est ut gloriam
que tibi debetur nullus pro te possideat

Qui vicerit faciam illum colum-
nam in templo dei mei. et
foras non egredietur amplius
et scribam super eum nomen dei mei
et civitatis dei mei nove ierusalem
que descendit de celo a deo meo
et nomen meum novum. Per
templum ecclesia designatur
per columpnas autem que susten-
tant templum predicatores. Unde
et paulus apostolus petrum et
iacobum columpnas ecclesie
vocat. eo quod super eos edifi-
cata sit ecclesia. sicut dominus
dixit petro Tu es petrus et
super hanc petram edificabo
ecclesiam meam. Quod videtur
[illegible] propter hoc quod sequitur quod
et foras non egredietur amplius
non ad presentem ecclesiam sed ad
celestem pertinet hanc sententiam.
Nam multi fuerunt qui colum-
pne ecclesie dicebantur sed propter
pravam doctrinam non ab ecclesia
exierunt. sicut fuit Origenes
et multi alii. In templo ergo ce-
lestis ierusalem per columpnam necnon
unusquisque electus potest designari.
Ergo qui vicerit omnia diaboli
temptamenta. omnesque carnales
voluptates columpna in
templo dei efficitur. id est in celesti
beatitudine. Et sicut columpna
in loco ubi statuitur firmissima
stabilitate perseverat. ita et unus-
quisque electus in celesti beatitudine
tam firmissimam stabilitatem a deo
suo consequitur. ut numquam ab ea
divellatur. quemadmodum dimi-
ssus est diabolus. qui de celesti
beatitudine superbiendo cecidit.

Et scribam super eum nomen dei
mei. Nomen hoc dei est
eternum. Nomen ergo dei quod est
eternum. super unumquemque iustum
scribitur. cui eternitatis eius cum
domino permanendo largitur.
Et nomen civitatis dei mei no-
ve ierusalem. que descendit
de celo a deo meo. Nova ierusalem
illa est celestis. que non ex
lapidibus sicut vetus. sed
ex sanctis hominibus certissime
edificatur. Ierusalem interpretatur
visio pacis. id est visio dei.
Nomen ergo ierusalem super unumque-
que electum scribitur. quando hoc nomen
eius conceditur. ut deum
videre mereatur. Aliter. Nomen
ierusalem super unumquemque electum
scribitur. eo quod sit ipse ierusalem
in qua deus regnare dig-
netur in sanctitate vel congregatio
omnium electorum qui ierusalem
celestis vocatur. Quod mirum vide-
tur ierusalem de celis descendisse
dicatur. cum sciamus electos omnes
a terris ad celos conscendere certe
non de celestibus ad terrena re-
labitur. Quia domino de celis ad re-
demptionem generis humani de-
scendente sunt et sancti descen-
derunt. qui iam predestina-
tionis gratiam illi commissi e-
rant. quos per misericordiam
suam redimere veniebat. Et
nomen meum novum. Videlicet
ut vocetur filius dei. Et angelo
laodicie ecclesie scribe. Hec
dicit amen. testis fidelis et
verus. Amen non sine fidelitate
interpretatur. Quod est amen

hoc testis fidelis et verus qui est principium creature dei. Non ideo se principium creature dei dicit quod ipse sit creatus sed quod ab ipso omnia sunt creata ut puta architectus facit domum. si interrogamus quis sit principium domus dicitur tibi artifex. qui eam prius in te concepit. et postea edificavit. quia domus sibimet ipsi principium dare non potuit. Scio opera tua quia neque frigidus es neque calidus. Frigidus non erat quamvis opera fidei non haberet. sola fide se iustum estimabat. Calidus non erat quia caritas illi deerat. Utinam frigidus esses aut calidus. Id est utinam aut caritate ferveres. aut te peccatorem sicut es cognosceres ut periculorum ignis eterni et penarum ad bona opera agenda impelleveris. Sed quia tepidus es incipiam te evomere de ore meo. Aqua tepida si hausta fuit fastidium generat. ideoque fetale erat. Iudeo non dum tunc ingrediuntur qui per baptismum ammissis criminibus emundati membra eius efficiuntur. Igitur si fidem que per caritatem operatur. et quam in baptismo promisimus accepimus tepescentes opera neglexerimus ab ore dei veluti quoddam nocivum ac fastidiosum et fetidum reicimur. sicut ipse dixit de se ipso ad apostolos suos. Ego sum vitis et vos palmites et pater meus agricola est

Omnem palmitem non ferentem in me fructum precidet. et eum qui fructum fert purgabit. ut fructum plus ferat. Quia dicis quod dives sum et locupletatus et nullius egeo. Dives et locupletatus recte dicitur. qui omnibus virtutibus plenus. usque ad culmen perfectionis excrevit. Iste autem presul ecclesie laodicie propter sola fidem omnibus virtutibus divitem se et locupletem estimabat et nichil se ad salutem eternam acquirendam aliud agere non recogitabat illud quod dicit apostolus quia fides sine operibus mortua est. Et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et cecus et nudus. Miserum enim dicimus qui cum paupertate et mendicitate. vel aliqua infirmitate premitur. Similiter et iste miser et miserabilis ideo dicitur. quia pauper erat virtutibus. nec et cecus operibus bonis nudus. Suadeo tibi emere a me aurum probatum ignitum. Per aurum sapientia intelligitur sicut scriptum est Thezaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. quod probatum dicitur. quia probatos et perfectos reddit omnes quos possidet. Ignitum vero ideo dicitur. quia corda mentes in quibus habitat. in amore dei atque proximi accendit. Et qui vera sapientia condimentis superius attexuit. psalmista manifestat cum dicit Eloquia domini eloquia casta igne examinatum probatum terre purgatum septuplum. Eloquia domini eloquia casta sunt. quia

castas mentes animus reddunt. Quoniam nichil purgari possit nisi quod sordidum est quemadmodum nobis est. quomodo eloquia domini purgari dicantur in quibus nichil sordidum esse potest. Eloquia enim domini sicut argentum igne examinata esse dicuntur. quia mentes fidelium igne purificant. aliquando igne caritatis. cuius sordibus viciorum examinant. Quod autem aut probatum terre. in hebreo habetur separatum terra. quod terra septuplum purgatum dicitur. per septem quoniam divina scriptura in se continet septem videlicet virtutes. que omnia vicia purgant. quemadmodum gule vicium purgatur per abstinentiam. superbia per humilitatem libido per pudiciciam. odium caritatis invidia et multa alia per caritatem. Similiter et vicia temptant sicut hostes suos. aliquando aut vincuntur aut vincunt. Et quia superius dixit dicit. ut aurum id est sapientia a se ematur. quemadmodum nobis est. Quo precio sapientia ematur. cum Iob dicat non dabitur aurum obrizum pro ea. nec aliud quicquam inter [illegible] preciosus habetur. Sed quo precio ematur. ipse beatus Iob manifestat cum dicit. Timor domini ipsa est sapientia. et recedere a malo intelligentia. Ideo quod ille qui timet perfectus sit in sapientia cum apostolus dicit. qui autem timet non est perfectus in caritate sed quod sapientiam iam incipit possidere. qui pro ea precium dare

quo precio ematur sapientia

inchoat. Precium autem eius est timor domini. abstinentia. misericordia. penitentia. labor. misericordie opera. Et ideo non inveniunt sapientiam ut locuples fias. quia sine hoc precio ad locupletationem virtutum quod est sapientia nemo pervenire potest. Et vestimentis albis induaris. Vestimenta alba sunt opera bona. et non appareat confusio nuditatis tue. Confusio nuditatis illa est de qua dicit psalmista. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea. Hanc autem confusionem nuditatis in peccatis operibus bonis operire debemus. Nam quamvis iste Christi fide lucet. nudus tamen dicitur. eo quod ab operibus fidei vacaret. Et collirio inunge oculos tuos ut videas. Per collirium quod caliginem ab oculis detergit lacrimasque educit. penitentia atque cordis compunctio potest intelligi. Ipsa est namque que ab oculis mentis caliginem cecitatis detergit atque ad videndum. que sit retributio iustorum. et pena peccatorum. Ego quos amo. arguo. et castigo. Dicit scriptura Quem enim diligit dominus corripit. flagellat autem omnem filium quem recipit. Emulare ergo et penitentiam age. et ~~quod a bonis operibus usque~~ id est emulare bonos. et penitentiam age. eo quod a bonis operibus usque ad nunc torpueris

Ego sto ad ostium et pulso Si quis audierit vocem meam et aperuerit ianuam intrabo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum. Pulsat dominus ad hostium nostrum cum predicatoribus scripturarum cotidie nos ammonet ut vicia relinquentes ad bona opera agenda incitantur. Vocem eius audimus et ianuam aperimus cum mandata eius tota mentis intencione suscipimus. Ad nos vero ipse intrat cum caritatem suam in nos plantat. Cenat nos nobiscum cum de nostris profectibus gaudet. Cenamus nos cum illo cum de spe celestis glorie confidimus. Qui vicerit dabo ei potestatem sedere mecum in throno meo sicut et ego vici et sedi cum patre meo in throno eius. Vicit xpistus dyabolum vincimus et nos eum. Sed xpistus per semetipsum, sancti vero eum illo per semetipsos sed per xpistum. Dedit pater filio potestatem sedendi quod homo est ut sedeat in throno eius. Dedit et filius potestatem sanctis suis ut sedeant et ipsi in throno eius. Sed xpistus ad dexteram patris sedet sicut dicit psalmista Dixit dominus domino sede a dextris meis quia equalis est patri. Sancti autem non ad dexteram filii sedere dicuntur sed in sedibus suis sicut dixit dominus in ewangelio Sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Ipsi enim non valent ut xpistus, sed patrem suum filii ideo diversas sedes sortiuntur sedium meritorum diversitate. Prestet hec nobis de quo loquimur ut in eterna sedium distributione nos inscriptos habere mereamur Ihesus xpistus dominus noster qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum Amen

Post hec vidi et ecce hostium apertum est in celo Et vox prima quam audivi tamquam tube loquentis mecum dicens Ascende huc et ostendam tibi que oportet fieri post hec Statim fui in spiritu Et ecce sedes posita erat in celo et supra sedem sedens Et qui sedebat similis erat lapidis iaspidis et sardii Et yris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdini Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor Et super thronos viginti quatuor seniores sedentes circumamicti vestibus albis et in capitibus eorum corone auree Et de throno procedunt fulgura et voces et tonitrua Et septem lampades ardentes ante thronum que sunt septem spiritus dei Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile cristallo et in medio sedis et in circuitu

sedis quattuor animalia plena o
culis ante et retro. Et anima
l primum simile leoni. Et animal
secundum simile vitulo. Et terti
um animal habens faciem quasi
hominis. Et quartum animal
simile aquile volanti. Et
quattuor animalia singula
eorum alas senas habebant.
Et in circuitu et intus plena
sunt oculis. et requiem non ha
bebant nocte et die dicentia
Sanctus sanctus sanctus dominus deus
omnipotens. qui erat. et qui est. et
qui venturus est. Et cum darent
illa quattuor animalia. gloriam et
honorem et benedictionem. sedenti
super thronum. viventi in secula
seculorum. procidebant viginti quattuor
seniores ante sedentem in thro
no. et adorabant viventem
in secula seculorum. et mittebant
coronas suas ante thronum di
centes. Dignus es domine deus
noster. accipere gloriam et hono
rem et virtutem. quia tu crea
sti omnia. et propter voluntatem tuam
erant et creata sunt.

Ratio deposcit
ut post. vii.
epistolas
quas ad vii
ecclesias que
unam katho
licam desi
gnant Iohannes
direxit in quibus
fideles instituit. qualiter ad
virtutem celsitudinis conscendere deberent
eiusdem ecclesie status atque
sublimitas manifestius de

scribatur. Post hec vidi ostium
apertum in celo. Per ostium Christus
intelligitur qui dicit. Ego sum
ostium. per me si quis introie
rit salvabitur. Quod ostium
apertum esse dicitur. quia omnibus
ad se venire desiderantibus
quamvis multis sordibus
deprimantur ostium misericordie sue
aperire non dedignatur. sicut
ipse dicit in evangelio. Venite
ad me omnes qui laboratis
et onerati estis. et ego re
ficiam vos. Per celum autem ecclesia
designatur. Quasi omnibus quod
per ostium in ovile ovium id est
in sanctam ecclesiam intraverit
salvabitur. reprobi quoque in
numerabiles in sancta ecclesia co
tinentur. quo adhuc intraverit
De hoc dominus in evangelio
ait enim. Qui non intrat per
ostium in ovile ovium. sed ascendit
aliunde. ille fur est et latro.
Heretici quoque hoc sunt qui bap
tismo perceperunt observare
noluerunt. non per ostium in ovile
sed aliunde ascenderunt. Et
vox prima quam audivi tamquam
tube loquentis mecum di
centis. Per vocem primam veterem
testamentum accipere possumus.
Sed melius michi videtur
ut per vocem primam Iohannem
baptistam intelligamus. de
quo scriptum est. Et tu puer
propheta altissimi vocaberis
preibis ante dominum parare
vias eius in remissionem pec
catorum eorum. Ad dandam scientiam
salutis plebi eius in remissionem
in remissionem peccatorum eorum. Q

et ipse Johannes vocem se vocat
dicens Ego vox clamantis
in deserto. dirigite viam domini
sicut dixit ysaias propheta Et
prima predicatio eius tamquam
percipitur. vox predicationis
eius tube similis dicitur
Quasi quod vox ista dicat. au
diamus Ascende huc et ostendam
tibi que oportet fieri post hec
id est terrena desere. et ad
celestia animum erige Aliter
Johannes ewangelista personam
eorum in hoc loco gerit. qui
professionem baptiste in christo
crediderunt Et multi eo tempore
extiterunt. qui iohannem
christum esse estimabant Johannes
vero sursum auditores suos
mentes erigere suadebat. cum
se non christum esse dicebat sed
alterum qui post se venturus
erat dicens Non sum ego
christus. Venit vero fortior
me post me cuius non sum
dignus ut solvam corrigi
am calciamenti Ipse bap
tizabit vos spiritu sancto et igne
Et illud Illum oportet crescere
me autem minui Quasi et di
scipulos suos sursum conscendere
monebat. cum se descendendum
et christum esse conscendendum
manifesta ratione probabat
Deinde sequitur. Et ostendam
tibi que oportet fieri post hec
Ac si dicat Si sursum cor
erexeris. idest si christum fide se
cutus fueris. ea que dicta
ventura sunt. etiam ipso docente
te facile cognoscere poteris
Et statim fui in spiritu id est

cum in christo credere cepi. ex carnali
spiritualis effectus sum Et ecce
sedes posita erat in celo. et super
sedem sedens. Per celum ecclesia
designatur Sedes vero que posita
erat in celo. corda sanctorum in ecclesia
commorantium significat Et
vero supersedens sedem nobis est. deus
est qui in cordibus sanctorum suorum
inhabitat atque sedet. sicut dicit
apostolus Templum enim dei sanctum
est. quod estis vos. Et qui
sedebat similis erat aspectui
lapidis iaspidis et sardinis Ia
spis viridis coloris est. sardius
autem rubei. Per viriditatem
iaspidis divinitas nostri re
demptoris. per ruborem autem sardii
eius humanitas designatur
Quasi dicat igitur noster redemptor et viriditatem
iaspidis in se continet. quia
secundum divinitatem per omnia equalis
est patri. et ruborem sardii
quia secundum humanitatem homo
perfectus existit. sicut scriptum
est. perfectus deus perfectus homo
ex anima racionali et humana carne
subsistens Et yris erat in
circuitu sedis. similis visioni
smaragdinee In genesi legi
mus dixisse dominum ad noe Arcum
meum ponam in nubibus celi et
recordabor federis mei sempiterni
quod pactum est inter me et omnem
animam viventem Per arcum igitur
qui in signum clementie dei
hominibus inter consistentibus
apparet. misericordia dei non incongrue
accipitur. Yris ergo idest arcus
sedem dei idest ecclesiam circundabat

quia eius natura nos tuendo protegit et gubernat atque ab invisibilibus hostibus defendit. Iuxpo eius sicut dicit apostolus. minimus. monente. et sunt. Cum autem similiter smaragdi habuisse dictus est. qui intense atque gratissime viriditatis est. Iaspis vero dupro supra diximus viridis coloris est sicut smaragdus. sed eius viriditas obtusa est. Viriditas vero smaragdi perspicua est. tamen pulchritudo oculos intuentium ad se miranda provocat. Per viriditatem ergo iaspidis sicut diximus divinitas nostri salvatoris accipitur. Que obscura est quibusdam nebulis obtecta est. quia divinitatem redemptoris humana mens sicut est comprehendere potest. et quanto altius se mens ad perscrutandum erexit. tanto amplior caligo obviat ei. Per viriditatem vero smaragdi. que perspicua est. misericordia dei recte designatur. Misericordia namque dei tam perspicua est. ut nullus homo sana mente possidens hanc ignorare valeat. Quis enim eius immensam misericordiam dei dispensa erga genus humanum exhibuit. et exhibet cottidie. ignorare potest. quamvis verbis explicari non possit. Sed et hic est viriditas quam lapidis hebetatus oculis si

spiratur admirandum atque. presume dei cognoscere. Cum enim in peccatis iacemus. et scelera nostra nos deprimunt. hebetatos oculos habemus. Cum vero consideramus misericordiam dei qualiter meretrices et latrones atque omnes scelerum generibus depressos. et penitentes suos per penitentiam ad salutem redemptos ad speciem reformavit. Et quoniam in peccatis fuimus detinebamur misericordiam dei intuentes. atque de ea presumentes ad eum quem offendebamus confugimus. ut eius misericordia a morte perpetua liberemur. Cum misericordiam dei psalmista intuens. nec verbis explicare valens. ipsum deum misericordiam suam nominat dicens. Deus meus misericordia mea. Et in circuitu sedis sedilia xxiiii. Et super thronos xxiiii seniores sedentes circumamicti vestimentis albis. et in capitibus eorum corone auree. Viginti quatuor seniores in hoc libro aliquando patres veteris testamenti. aliquando novi. aliquando simul utrosque significant. Sed hic loco patres veteris testamenti designant. qui nunc esse perti quem sedilibus sedisse dicuntur. Cum sedem a labore quiescimus. Per

sedilia igitur xxiiii^or libri ve-
teris testamenti signat. Super
xxiiii^or thronos xxiiii^or senio-
res seniores sedisse nisi sunt
quia patres veteris testamenti a
laboribus et curis huius
seculi in lectione et medi-
tatione diuinorum librorum quodammodo
quiescebant. Quod autem quendam
nobis est cum sedes continuam
significet. cur in circuitu se-
dis sedilia disposita esse
dicatur. Nimirum quia sicut
paterfamilias domum suam
calationibus [illegible] et in-
[illegible] desiderat. [illegible]
aut unum aut sepe aut
pariete includat. Omnibus
ecclesia et cum hereticis et cum
paganos. qui fidem christi
in ea docere volunt. veteris
testamenti libris munitur. Et
[illegible] qui ea qui tolle longe
ante aduentum christi fuisse
predicta probat. iacula hereticorum
fidem christi cedere cupientium
longe a se repellit. Et in
senes circumamicti vestimentis
albis fuisse dicuntur. et munus
aut aureas opera bona de-
signant. et in capitibus eorum
corone auree. Per alba
vestimenta nitore puritatis. per coro-
nas aut aureas opera bona
designantur. Et de throno
idest de ecclesia procedunt fulgura
et voces et tonitrua. Per
fulgura miracula que per sanctos

suos operatur deus. per voces predica-
tionum verbum terrarum gehenne
ignis designatur. quia sancti predi-
catores eos quos amore ce-
lestis patrie auribus renouare
nequeunt eis tormenta eterna
que impiis parantur opponunt
ut quos blandimentis nequeunt
saltem terroribus animis corpe-
scant. Et vii lampades arden-
tes ante thronum. Quod sunt
vii lampades. ipse exponit
cum dicit. Que sunt septem spiritus dei.
vii dona spiritus sancti debemus in-
telligere. que in domino requieuisse
propheta ysaias manifestat dicens
Et requiescet super eum spiritus domini.
spiritus sapientie et intellectus. spiritus
consilii et fortitudinis. spiritus scientie
et pietatis et replebit eum spiritus
timoris domini. Hec igitur vii
lampades idest vii dona spiritus sancti
ante sedem idest ante conspectum
ecclesie sue ardere dicuntur. quia
sine lumine eorum in tenebris noc-
te huius seculi positi peruenire
nequimus ad celestem patriam quam
di non possumus. Quod autem per
hec vii dona accepisse a spiritu
sancto dixerit: ad quantitatem
eius meritum pertinet. Plura Nam
scilicet diuinitatis in nullo augeri
potuit. sine quo nichil esse
potuit. Verum queri potest
cur propheta cum hec vii dona in
christum descensura diceret a
maioribus cepit et descendendo
ad minora peruenit. Sed non
absurde ex ferme videbitur si diligenter

inspiratur. Nam quia dominus noster ihesus christus de illa celesti beatitudine in qua equalis erat personis patri ad terras descendere et homo fieri dignatus est et ab angelis minorari voluit quos ipse creavit. non inconveniens hec septem dona descendendo accepit. qui a nobilitate patris descendendo et humiliando se usque ad mortem. mortem autem crucis.

In philippensibus sicut dicit apostolus humiliavit semet ipsum usque ad mortem

Nos autem qui ab ipsa perdicionis fovea ad celestia sublevamur ascensionibus magnis ut ad maiora perveniamus. Quomodo autem hec vii dona super christum descenderunt. prout dominus dedit breviter dicamus. Spiritum sapiencie super hominem christum recepit. qui filius dei secundum divinitatem qua sapiencia patris dicitur in carnem descendit. Spiritum intellectus in carne recepit. qui omnibus virtutibus est ditatus sicut in evangelio scriptum est Ihesus proficiebat sapiencia et etate et gracia coram deo et hominibus. Post intellectum consilium sequitur. Consilium accipiendo dei filius. Nam si aliquod periculum nobis imminet consilium a sapiente perquirimus qualiter periculum evadamus. Similiter etiam ad aliquam dignitatem seculi conscendere cupimus consilium requirimus qualiter ad id quod desideramus pervenire valeamus. Christus igitur consiliator noster est qui consilium dat qualiter pericula terrena

¶ de vii spiritibus 2[illegible]

evadamus. et consilium quod dat ipse perficiat. cum in periculis nostris nos liberat. Similiter et consilium dat qualiter ad hereditatem paradisi pervenire possimus et ad ipsa gaudia ipse nos perducit. Spiritus itaque consilii in homine christo descendit cum in spiritu sancto propter doctrinam evangelii in qua consilium consistit omnium hominum salvari cupiencium. Spiritus etiam fortitudinis super christum requievit qui ad debellandum hostem antiquum fortis inter homines apparuit. De hac sua fortitudine ipse dixit Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superveniens vicerit eum universa arma eius auferet in quibus confidebat et spolia eius distribuet. Post fortitudinem sequitur sciencia. Apud homines multe sunt sciencie. Sunt namque diversarum artium diverse sciencie. Est sciencia in litteris et in mundanis legibus. est in augendis rebus temporalibus. est sciencia in precavendis periculis. Sunt etiam multi qui pre subtilitate sensus quedam futura prevident. Sed has sciencias aliqui boni aliqui mali possident. Sciencia vero que in christum descendit nullus nisi bonus habere potest. Que tanta fuit quantam nulla mens comprehendere potuit. In ipso enim sunt omnes thezauri sapiencie

et scientie reconditi. Videtur utique medici personam sive aliquid simile eius nos debere intelligere premeditans namque salvator noster quod acerrimam peccatorum devitaret multos sceleratos in desperationis foveam et deinde de peccatoribus per societatem corporis se conformari noluit. manducans videlicet et bibens cum eis tactus eorum nec etiam non respuens. Unde consolatorie in initio confessionis eius paradisum repromisit. ut omnibus peccatoribus salvari cupientibus spem venie tribueret. Pharisei vero spiritum scientie non habentes reprehendebant eum. in eo quod cum publicanis et peccatoribus manducaret. Quod ipse spiritum scientie possidens dixit eis. Non est opus sanis medicus sed male habentibus. Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam. De spiritu vero pietatis non est nobis questio necessarie dicere. Unde cum tam pium quod ille qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. Et qui posset a morte sua potestate liberari se pro salute generis humani et demum ligari et conspui et alapis cedi et flagellari et crucifigi permisit. Opus vero timoris domini qui ultimus ponitur ad passionem pertinet. non quod timore coactus sit ut pro salute generis humani moreretur sed timore per obedientiam accipere debemus. Quapropter ipse dicit. Non veni facere voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me patris. Unde et filium qui patri carnali est per omnia obediens patrem timere dicimus. tamen illa obedientia non sit timoris sed amoris. De quo timore psalmista dicit. Timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Non cum timore sed caritatis in seculum seculi permanebit.

Nunc qualiter hec vii dona spiritus sancti unicuique fideli conveniant breviter dicendum est. Et quia nos qui prime prevaricationis culpa in perditionis laqueo iacebamus. unde dicitur ad superna reditur ab inferioribus. id est a timore dei incipimus. ut ad superna id est ad sapientiam proficiendo crescamus. Et quibus gradibus spiritus humiliando se ad nos descendit. salutemque nostram innovando perfecit. eisdem gradibus et nos ad eum transcendere debemus. faciendo videlicet precepta eius. que in vii donis spiritus sancti continentur. Opus igitur timoris domini sit semper ut quemque peccatorem resipiscat cum considerans peccata sua instansque iudicium dei pertimescens. penasque ignis eterni que in inferis sunt preparate. ad penitentiam lacrimasque convertitur et amarissime flere incipit. quod delectabiliter gessit. Opus vero

pietatis sup quelibet p[re]ter re
quiescit. dn[m] audiens scrip
turam dicentem. q[uonia]m sicut
aqua extinguit igne[m] ita e
lemosina extinguit peccatu[m].
et d[omi]n[u]m dicente[m]. date elemosina[m]
et o[mn]ia munda s[un]t nobis. a
lege aliene agentes nescire
modos. r[e]cta pietatis opa s[u]s
cipit exercere. ut d[eu]m aliis mi
serando p[ro]piciu[m] sibi faciat
que peccando offenderat. Vn[de]
Daniel p[ro]ph[et]a regi impijssi[mo]
ut pecca sua elemosinis redi
meret. et misericordiis paup[er]u[m]
admonere studuit. Ex pietate
ad scienciam sp[iritu]s conscendit[ur].
N[am] tamq[ua]m i[n]dicat aliq[ui]s
sciam possidere. stultus e[st] si
male viuit. Eundem stul
tus q[uonia]m timore dei amecte
abutitur. et maioribus deficit. rabido
q[ue] cursu aduentu p[ro]perare.
Qui igit[ur] stulticia est viciis
defluit et sciencia optima
est vicia deserere. atq[ue] ad d[eu]m
tota mente conuerti. quicu[m]q[ue]
p[er] timore[m] sp[iritu]s pecca sua plan
gere incipit. et p[er] pietatis sp[iritu]m
misericors erga indigentes e[ss]e
studet. ut d[eu]m aliis miseran
do misericordem sibi faciat. ne
cesse est ut p[er] donu[m] s[an]c[t]i sp[iritu]s scie
sp[iritu]m possideat. Et in q[u]o eis
conuerti ad d[eu]m desiderat. neccesse
ut in vicio delinquat. Et q[ui]
cu[m]q[ue] vicia deserere cupit. nec[ess]e
est ut p[er] doctrinam diuina[m] scrip
turarum. siue p[re]dicatorum scrip
turarum discat que s[un]t gra
uiciarum. qualit[er] homines il
laqueant. et quib[us] remediis
extingui possunt. que s[un]t
etiam deceptiones demonu[m]
et qualit[er] contra eos pugna
du[m] sit. Hoc est igit[ur] sciencie
sp[iritu]m possidere. Et q[uonia]m salo[mon]
dicit. quia qui addit sciam
addit et laborem. a sciencia ad
fortitudinis sp[iritu]m conscendit. Ita
sicut quilibet p[ro]liator no[n]
contra eu[m] qui e[st] i[n] vinculis te
net pugnat. Sed potius
eu[m] qui resistere ei vult. ita
et diabolus. no[n] contra eu[m] qui in
vinculis peccatorum constrictu[m]
tenet dimicat. s[ed] potius
contra eu[m] qui peccare desistit
et ad deu[m] tota mente conu[er]tit[ur].
Cum autem q[ui]s p[er] penitenciam
pietatisq[ue] opa. ad spiritualis vir
tutis absolum[m] meruerit ascendere
contra eu[m] p[ro]fecto sp[iritu]s bellum
incipit inst[ru]ere. nec[ess]e est ut
a sp[irit]u s[an]c[t]o fortitudinis donu[m] acci
piat. quo instructus ad
meliores hostes et vicia su
dinis possit extinguere. et p[ro]
tectores v[idelicet] homines p[ro]p[ri]os
separare. omneq[ue] iacula de
monu[m] scuto fidei a se re
pellere. A fortitudine. ad consiliu[m]
conscendit[ur]. Consiliu[m] aut[em]
salutis nr[e] in preceptis co
sistit eterni. Cu[m] siqui[dem] gl[or]i
ficacia ipse extinguere

perfecti eius spiritus potuit. necesse
est ut ad mandata celestis
perfectanda atque in corde
suo recondenda transeat.
ubi consilium reperit. qualiter
ad perfectionis culmen conscendere
valeat. et quia mandata
celestis sine virtutibus cu-
stodiri non possunt a spiritu
consilii ad intellectum con-
scendit. in quo perfectio virtutum
tota consistit. Intellectus
non dum a spiritu sancto fideles
acceperunt. cum omnibus virtutibus
ditari merentur. ille enim vere
intellectum possidet. qui fide
illuminatur. qui pudicitiam in-
datur. qui paciencia decoratur.
qui humilitate munitur. qui
caritate refulget. ceterisque
virtutibus consimuatur. Et quia
pro operacione virtutum ad culmen
perfectionis conscenditur. sapiencia
intellectum preponitur. in qua tota
perfectio consistit. De qua
perfectione dominus dicit in ewangelio.
Si vis perfectus esse. vende omnia
que habes et da pauperibus. et
habebis thezaurum in celo. et
veni sequere me. Aut vacque
multi qui ad perfectionis cul-
men subito conscendere co-
nantur. Sed quia per gradus
virtutum non conscendunt faci-
le cecidunt. Quando enim pro-
dest substanciam relinquere.
Si nemo adimit ebrietatem.
invidiam. superbiam. vanam
gloriam. ceteraque vicia que

occidunt animam. a viete sua non
abiciat. Vel quid enim prodest arbo-
rem conscendere. ut leonem eva-
dat. si serpentem in summum gestet-
tem veneno perit. Vel cer-
te dicit dominus illud perfectum esse qui
substanciam tantummodo dimisit
sed qui ipsum secutus fuit. Hoc est
autem illum qui imitatur. Ad hoc
igitur perfectionis culmen. ille con-
petenter gradum conscendit. qui
prius mentis abrenunciat. per actua-
lem vitam que virtutibus perficitur
ad contemplativam conscendit.
in qua sibi Christus coniungitur. qui
est sapiencia patris. filius scilicet dei et
civibus celi celestis efficitur
Vel. Nunc qualiter descensio
Christi per gradus vii. donorum spiritus
sancti. ascensioni fidelium con-
veniat breviter demonstremus.
Primus descensionis Christi
gradus. est timor dei. per quem
passionem et mortem eius dominus
fuisse designata. et primus ascen-
sionis ad deum conteneruntur
Congruit autem mors domini hiis
qui per spiritum timoris dei peccata
sua deflent. quia in morte
domini remissio consistit omnium
peccatorum Vel certe perfecta remissio
peccatorum esse posset. si ille pro nobis
mortuus non fuisset. Secundus
descensionis Christi gradus est
pietas. et secundus ascensionis
fidelium. Congruit autem pietas
fidelium cum pietate domini. quia
ille hiis qui sedem animam cant

miseri manu sua impendit.
aeterna morte. sua morte
eos liberans. Tristi christus quasi sedulus
corporis est miseri. manum suam
impendunt. largiendo cibos
corporum necessaria. quibus in iudicio
dicturus est Ex uno ex mi-
nimis meis fecistis mihi fe-
cistis. Sextus descensionis
Christi gradus est scientia. sextus
ascensionis fidelium. Convenit
autem spiritui sancto. qui fidelibus
datur. cum spiritu scientie quasi homini
Christo oblatus est. quia ille ut
peccatores salvos faceret semet
ipsum illis conformare non est
dedignatus. et isti ut peccata
evadant. ad eum per spiritum sanctum
confugiunt. qui pietatem habet
dimittendi peccata. Quartus
descensionis Christi gradus est
fortitudo. Tertius similiter est fi-
delium. Congruit autem fortitudo
fidelium fortitudini Christi. quia ea
fortitudine isti vincunt dyabolum qua
et Christus vicit. fortitudine videlicet Christi non
sua. sicut ipse dicit Sine me
nichil potestis facere. Tertius
descensionis Christi gradus est
spiritus consilii et quintus ascensionis
fidelium. Congruit autem consilium
fidelium consilio Christi. cum ad
precepta evangelii se transferunt
servanda. in quibus perfectum con-
silium consistit omnium sanctorum. Secundus
descensionis Christi gradus est in-
tellectus. et septimus ascensionis
fidelium. Congruit autem intel-
lectus fidelium intellectui Christi
eo quod easdem virtutes quas ipse
a spiritu sancto percepit. easdem
et sancti cum Christo percepere
meruerunt. Primus descensionis
Christi gradus est sapientia. et septimus
ascensionis fidelium. Christus
est sapientia patris. et a Christo
omnis sapientia oritur. Qui enim
igitur qui operatorum virtutum
dona contemplantur a Christo sapientiam
in qua totius bonitatis sum-
ma consistit perceperunt. quam
ipse Psalomonem loquitur dicens
Quicumque diligit sapientiam
a dime declinet. terram in-
nemet. et cum deo convenit
beatus est si tenuerit eam.
Sequitur Et in conspectu sedis
tamquam mare vitreum simile
cristallo. In templo Salomo-
nis mare eneum fuisse legi-
mus. lavabantur sacerdotes
antequam accederent ad altare
ad hostias offerendas. Eris
non splendor quodam nigre-
dine tecto obnubilatur. Per
mare itaque eneum lex mo-
ysi designatur. quia fulgorem
spiritualis intelligentie lit-
terali grossitudine obscurat. Et sicut
es sine luna tenatur splendor
eum apparet. ita spiritualis in-
telligentia que latet superfi-
cie obscuratur in lege. si a
fidelibus nimis diligenter
discutiatur. per gratiam dei manifesto

In hoc igitur mare sacerdotes
lavabantur quia per sacrificia
et peregrinas quasdam observationes
legales quedam peccata veteris
populi delebant. Per mare
vero vitreum atque cristallinum
non inmerito novum testamentum
intelligitur. In hac autem ma-
teria in eminus mare vitreum
atque cristallinum. Per mare
igitur historia, per vitrum mora-
lis intelligentia, per cristal-
lum autem spiritualis intelligentia
designatur. Ergo per vitrum quod
quasi specula fiunt non incon-
grue moralis intelligentia
accipitur. Quia sicut homo quisque
in facie gerit in speculo de-
prehendere potest, ita etiam
quid vitiosum in actibus suorum
inesse potest moralis intel-
ligentia patefacit. Per
cristallum autem que claritatem
ceteris gemmis et quasi flammas
splendoris super et ignem de
se emittere solet spiritualis in-
telligentia exprimitur quia obscura
queque in divinis scripturis elu-
cidat. Mentes spiritualium sen-
sum flammis illuminat. Quosdam
etiam in amore dei amore-
que celestis patrie accendit.
Et in medio sedis et in circuitu
sedis quatuor animalia ple-
na oculis ante et retro. Hoc
secundum historiam stare non potest
ut scilicet eum tamen prius dixerit
in circuitu sedis in medio dicere
obtinere potuit. Spiritualiter intel-
ligendum est. Quatuor igitur ani-
malia non solum quatuor evangelistas
sed et omnes doctores ecclesie qui
eos secuntur designant. In me-
dio vero sedis quatuor animalia
stant quia doctores ecclesie po-
pulum commissum sibi a visibilibus
et ab invisibilibus hostibus quieta
ditate pie defendunt. In medio
sedis consistunt quia unumquemque
corporum ut in virtutibus omnibusque
bonis operibus proficiat admo-
nere non desinunt. Quatuor
igitur hec animalia ante et retro
oculos habuisse visa sunt quia
predicatores sancti et futura
et preterita respiciunt. Ante o-
culos habent quia diem iudicii
dampnationemque impiorum gloriamque
iustorum deum inspiciunt. Audito-
ribus suis quid timere et
quid appetere debeant ostendunt.
Retro oculos habent quia
vitam precedentium patrum deum in-
tuentes et ipsi in corpore imitatores
perficiunt, eorumque vitam atque
doctrinam auditoribus suis ante-
ponunt ut et ipsi in corpore imita-
tione atque doctrina proficiant. Et
animal primum simile leoni
Et secundum animal simile vitulo Et
tertium animal habens faciem quasi
hominis Et quartum animal simile
aquile volanti. Figuras istorum
animalium non omnes auctores uno
modo exposuerunt. Et ab antiquio-
ribus traditum est nobis ut

leonis marcum intelligimus.
uituli lucam. hominis
matheum. aquilam vero
Iohannem. eo quod marcus a de
sertis incipiat. lucas a sacerdo
tio incorporis. matheus ab ho
mine. id est a christi generatione.
Iohannes vero a diuinitate christi.
Quidam vero aliud ordinem
sequentes. leonis matheum
uituli marcum. hominis
lucam. aquilam vero Iohannem
designatum fuisse putant.
Nam leonis qui rex bestiarum est. ideo matheum desi
gnatum fuisse dicunt. eo quod
ipse christum secundum humanam naturam
ex regia stirpe descendisse
narrauit. Ipse etiam tempore
natiuitatis eius stellam apparuisse
dicit. Nunc tu regem celi et terre
angelorum et hominum fuisse demon
strauit. magos etiam velut
regem mundi ad adorandum eum
aduenientes perhibet. Herodem regem
hic id est eiusdem temporis
natiuitatis eius cum omnibus
ministris suis turbatum fuisse
dicit. quia sicut quilibet
rex. qui parue potencie est al
terius regis qui magne potencie
est timet se ut regnum eius in
uadat venire cognouerit eo
tremiscit. et est turbatus.
ita etiam christo in eterne venien
te qui rex futurus erat mundi.
Herodes turbatus est et omnis
Ierosolima cum illo. Nam

et munera que magi christo
obtulisse narrat. cum rege
dei et deum ac omnium creaturarum
demonstrant. Marcum vero propter
simplicitatem eloquii uitu
lum signatum fuisse dicunt.
Lucam autem hominem eo quod
ipse generationem christi secundum huma
nitatem plenius quam ceteri
prosecutus est. Namque ab
ipso qualiter ab angelo annun
ciatus sit didicimus. qualiter
natus. qualiter in presepio po
situs. qualiter circumcisus. quomodo
in templo putatus.
qualiter usque ad tricenariam eta
tem crescendo peruenit. Io
hannem aquila designa
tum fuisse. nullus est qui
neget. Et quatuor animalia
singula eorum habebant
alas senas et in circuitu et intus
plena sunt oculis. Per senarium
numerum qui perfectus est. per
fectio scripturarum designatur. ad
quam nullus nisi per doctrinam
euangelii valet assurgere.
Lex enim nullum ad perfectum
duxit. Senas vero alas
quatuor animalium si simul in
peneris. uiginti quatuor inuenies.
Videntur ergo michi eandem
significationem habere cum et
uiginti quatuor sedilia que propter
uiginti quatuor libros veteris testamenti
significasse diximus. Sedi
lia autem cum semper terre
herent. et qui in eis

rapuere sunt ad tantam aliquantu-
lum intuebant. Tale uero eos
quibus ingesse sunt ad excel-
sa sublevant. Libri igitur
ueteris testamenti antiquius pri-
bus sedilia sunt. quia eos
sedium litteralium intelligentes
uix aliquid ad eorum intellige-
ntiam spiritualem se erigere per-
fecte potuerunt. Quod uero sedi-
lia prioribus noui testamenti in
alas conuersa sunt. quia libros
ueteris testamenti spiritualiter intelligen-
tes per eorum doctrinam ad celestia
cotidie sublevantur. Denique
hic numerus id est xxiiii in hoc
libro sepe inuenitur. placuit
ut de sacramentis huius numeri
pauca dicamus. Partes uero
quibus constat numerus sunt unum. duo.
tres. quattuor. sex. octo. duodecim.
Unus qui in capite ponitur
unum deum significat. Duo
uero qui sequuntur duo testa-
menta indicant. Tres uero pertinent
ad trinitatem. Post tres uero in ter-
nemeut quattuor sequuntur.
quia doctrina quattuor euange-
listarum. fides nobis sancte trinitatis
manifesta est. Post quattuor
uero sex. qui perfectus est
numerus sequuntur. quia sine doc-
trina euangelii in ius nullus
ad perfectionis culmen conscen-
dere potuit. quia lex sicut
apostolus dicit nullum ad perfectum
adduxit. Post Octo se-

quuntur. quia octo sunt uirtutes
que dimittunt aduersus uitia
sine quarum operatione nullus
~~ad perfectionis culmen conscende-~~
~~re potuit. quia lex sicut apostolus~~
dicit ad fastigium perfectionis ualet
conscendere. Post Octo xii.
quia per doctrinam apostolorum ad fidem
peruenimus. que mater est omnium
uirtutum. Quatuor quoque animalia
intrinsecus et intus plena oculis
esse dicuntur. Per circuitum totum
corpus debemus intelligere
Unum et Ezechiel cum de his
animalibus loqueretur. dicit. totum
corpus eorum plenum fuisse oculis
Pauci igitur retro oculos habent
qui audientes comminationem domini
dicentis nemo mittens manum
suam in aratrum. et aspiciens retro
aptus est regno dei. tota uir-
tute laborant. ne in malis que
se aliquando egisse meminerunt
relabantur. quamuis ea ante uel
oculos adspiciunt sue custodia
ponere non desistant. Ante se
oculos habent. qui audientes
uocem domini dicentis. Beatus
seruus ille quem cum uenerit dominus
eius inuenerit uigilantem. bona
que perit operari non desinunt.
ut tempore mortis sue domino ueniente
te pati merentur. A sinistris
oculos habent cum omnia tempta-
menta demonum scuto fidei
uirtutibus suis repellunt.
A dextris oculos habent. cum
sollicite caueant. ne per elationis

opibus extollantur. Nunc a dex-
tris et a sinistris oculos habent
tum eos nec prospera erigere nec
adversa possunt inclinare. Iusti
oculos habent cum desideria
carnalia extinguendo celant.
Supinos oculos habent cum ad
celestis patriam toto mentis de-
siderio anhelant. Intus oculos
habent dum corda sua a sordidis
cogitacionibus custodiunt. Et re-
quiem non habent die ac nocte
dicentia. Sanctus sanctus sanctus dominus
deus omnipotens qui erat et qui est
et qui venturus est. Quarta re-
quies reproborum nulla prorsus est.
Sequitur eos tribulacio que finem
non habet. Iusti autem in hoc
seculo tribulantur ut requiem
eternam possideant dicente apostolo
Paulo. Per multas tribulaciones
oportet nos intrare in regnum
dei. Ille Sancti requiem non
habent quia ad laudem dei et
oracionibus non cessant dicente domino
Oportet semper orare et non defi-
cere. Et Paulus apostolus loquitur
dicens. Sine intermissione orate
in omnibus gracias agite. Sed
querendum nobis est quomodo
sine intermissione orare possimus.
Multi enim sunt qui tamen sunt
assidui in oracionibus in psal-
modiis in missarum celebracionibus
elemosinas largiantur tamen
superbia inflantur avaricie
sitibus ardent. Perimas
quicumque arte pietatem exigunt

nota ij de oracione

in ea ut et ipsos pauperes
quorum miseri debuerant
quibusdam argumentis insec-
tentur ut ex eorum pena sua
opes suas augeant dicentes
hoc se legaliter facere cum ista
lex non sit dei sed sophistica diaboli.
Sed et in monasteriis multi
inveniuntur qui in ecclesiis in
psalmis et oracionibus et in
missarum celebracionibus sunt de-
voti contra ira sepissime et
fraterne inflamantur. Quidam
vero ebrietati et gule de-
serviunt. Quidam contra odium
interdum longo tempore ponunt.
Quidam in bonis que agere
videntur favores et laudes
hominum querunt. Quidam in-
vidi. Quidam detraccionibus
aut ceteris viciis deserviunt.
Et quod plus timendum sentitur
quia senioribus usurpant
indignis moribus decipiunt
atque denunciant. Ad istam
ergo veritatem demonstrandam
quandam similitudinem proponam.
Homo quidam usque ad cere-
bellum defixus in luto iace-
bat. Cumque vidisset quendam
pretereuntem extendens
manum clamabat dicens
Miserere mei et expelle me
de hoc luto. Cumque manum
extendisset ut eum extra-
heret iste manum suam exten-
dit sublimato dimersit
Cumque ille qui se ad eum
dum venerat extrahere

nollet. ista itaque ut emeret
populabatur. Cumque ille ad
emendum manum extenderet
iste sicut prius manum subtraxit
et demersit. Cumque crebrius
hoc fieret ille iratus dixit.
Cur petis ut emeris cum
nemo precio velis possidere.
Ecce quia initium tuum diligere
posside quod elegisti. Talis
et isti deum deprecantur assidue
ut amissis emantur. Et tamen
illa vicia ita amplectuntur
ut abeis nullo modo divelli pos-
sunt. Ponamus ergo ante
oculos duos viros doctum
assidue orantem psallentem
missas celebrantem. et tamen
quibusdam viciis subditum
alterum indoctum et non oran-
tem fidelem deum timentem
atque amantem. proximum diligen-
tem. pacientem humilem.
Quis horum tibi videtur
apostoli sententiam servasse
qua dicit sine intermissione
orate. iste qui assidue o-
rat. et quibusdam viciis
subiacet. an iste qui nescit
orare. et tamen mundus est a
viciis. et in bonis operibus
deditus. Omnibus claret
istius innocencia atque opera
bona. magis placuisse deo
quam istius voces cum vita
quibusdam viciis sordescit.
Ille igitur sine intermissione
orat. qui cogitacionibus nunc
te clangua deum deprecatur
et in bonis operibus assiduus est.
Orat qui dormiunt. aut aliquibus
operibus humane vite necessariis est
occupatus. opera enim refulgent
in conspectu dei et ipsa sunt inter-
cessores apud deum. sicut ad
cornelium loquitur angelus
Oraciones tue et elemosine tue
commemorate sunt in conspectu dei.
Quid autem nunc animalia
indesinenter dicunt audiamus
Sanctus sanctus sanctus dominus deus
omnipotens. qui erat. et qui est
et qui venturus est. Ter sanctum
deum nominantes. demonstrant
patrem et filium et spiritum sanctum
Quod autem dicunt dominus deus
omnipotens a pluralitate transeuntes
ad singularitatem. ostendunt patrem
et filium et spiritum sanctum unum esse divinitatis.
unius deitatis omnipotencie. Quis
querendum nobis est. si qua-
tuor animalia non solum quatuor evan-
gelistas. sed et omnes doctores
ecclesie designant. cur sancti
tantum indesinenter invocare di-
cantur. cum sancti dei aliqui in oracionibus.
aliqui in leccione. aliqui in predi-
cacione. aut in diversis necessitatibus occu-
pentur. Predicatores igitur sanctam
deum fidem sancte trinitatis corde
retinent. et ore confitentur. dum
opera fidei adimplent. dum eandem
fidem et opera fidei quibuscumque
possunt predicant. dum in oracionibus
et in graciarum accionibus ipsum qui
est trinus et unus exorant. et
laudant. Etsi dum apostolus sive
manducatis sive bibitis

ouia In nomine domini nostri ihesu christi faciunt virtute signum in-sinuantes inquiunt Cum autem sapiunt. qui erat et qui est. et qui venturus est. iam supra dictum est. Et cum darent illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum viventi in secula seculorum procidebant xxiiii seniores ante sedentem in throno. et adorabant viventem in secula seculorum. In hoc loco per quatuor animalia. quatuor ewangeliste designantur. per viginti vero quatuor seniores preter novi testamenti accipi possunt. Quando ergo animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum viventi in secula seculorum dant. quando doctrina ewangelii in universo orbe legitur. et predicatur per quam gloria et honor et benedictio patri et filio et spiritui sancto datur. Audientes igitur quatuor animalia xxiiii seniores ceciderunt ante sedentem in throno. et adoraverunt viventem in secula seculorum. quando sancti per universum orbem constituti audientes doctrinam ewangelii humiliant se in conspectu dei. ut cum ipso vivant in secula seculorum. Et mittebant coronas suas ante thronum dicentes. Per coronas opera bona fuisse designata superius diximus. Cum ergo coronas suas ante thronum dicentes mittunt. quando quicquid boni agunt deo tribuunt non sibi. secundum apostoli preceptum qui gloriatur in domino glorietur. Quid autem dicunt audiamus. Dignus es domine deus noster accipere gloriam et honorem et virtutem. Superius diximus quatuor animalia gloriam et honorem et benedictionem deo dedisse. Hic autem xxiiii seniores dicunt gloriam et honorem et virtutem deum accepisse [illegible] plenitudinem tenentes. Quid nos aliquid addare potest. aut quid deus ab aliquo accipere potest cum ipse creavit cuncta. et sine ipso nichil esse potest. et qui dicit in ewangelio sine me nichil potestis facere. Cum sancti sine deo nichil possunt facere quid possunt dare illi. Igitur quod bonum ut talis est. ut nichil boni a se habere possit nisi ab ipso accipiat qui est summum bonum dat deus suis suis unde ipsi ei renuncient(?). Regnum celorum deus promisit suis suis. attamen si prius bonorum operum presserit(?). Et quia electi hoc prius non habent nisi ab ipso accipiant. ipse dat prius unde ab ipso emant vitam eternam. Dant itaque sancti gloriam deo. quando quicquid boni faciunt. deo attribuunt. ut glorificetur.

Sedus

deus p[ro]pter eos. sicut ipse dicit in ewangelio. Videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Nam iohannes petrus dicit morte sua deum clarificasse. Dant autem honorem qui in omnibus que agunt honorem dei querunt non suum. Superius benedictio tercio loco ponitur. Hic autem virtus. Et quia sancti dum magna faciunt benedicuntur ab hominibus. convenit virtus cum benedictione. Sed quoniam sancti pro magnis operibus que faciunt laudes hominum detestantur. liber actuum apostolorum nobis indicat. Nam petrus et iohannes cum claudum sanassent. et oculi omnium essent intuentes in eos quasi sua virtute hoc fecissent. petrus pro aliorum benedictionem devitans dixit ad eos. Viri fratres quid nos intuemini quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare. Deus abraham et deus ysaac et deus iacob glorificavit filium suum ihesum. Et in sequentibus. In cuius nomine astat hic coram vobis sanus. Similiter paulus et barnabas cum egrotum in listris sanassent. et populi vellet eis sacrificare sciderunt vestimenta sua dicentes. Viri quid hec facitis. Et nos homines sumus similes vobis. Possumus hoc et de christo intelligere quia secundum humanitatem gloriam et honorem et virtutem accepisse manifestum est. Sequitur. Quia tu creasti omnia et propter voluntatem tuam erant et creata sunt. Dicerant quomodo talia sunt. Hoc sic intelligendum est. quo et illud. qui fecit que futura sunt. Omnes ergo creature erant in presentia et voluntate dei. antequam crearentur. creata sunt vero eo tempore quo disposuit deus. Ipse igitur qui cuncta creavit. cum patre et spiritu sancto creare dignetur in nobis cor mundum qui vivit et regnat in secula seculorum amen.



Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris signatum sigillis septem. Et vidi angelum fortem predicantem voce magna. Quis est dignus accipere librum et solvere signacula eius. Et nemo poterat in celo neque in terra neque subtus terram aperire librum neque respicere illum. Et ego flebam multum quia nemo dignus inventus est aperire librum nec videre eum. Et unus de senioribus dixit mihi. Ne fleveris. Ecce vicit leo de tribu iuda radix david. aperire librum et solvere vii signacula eius

Et vidi et ecce i medio throni
et quat^or animaliu. et i medio
seniorum agnum stante tamqm
occisum. habentem cornua vij.
qui st septe spus dei missi in
omnem terram Et venit et ac
cepit de dextera sedentis i thro
no librum. quat^or aialia et xx
quat^or seniores ceciderunt co
ram agno habentes singuli
cytharas et phialas aureas
plenas odoramentorum. que st
orones scorum. et cantabant
canticu novu dicentes. Dignus
es dne accipe librum. et apire
signacula eius. qm occisus
es et redemisti nos deo i san
guine tuo. ex omni tribu et lin
gua et pplo et natione. et
fecisti nos deo nro regnum. et
sacerdotes. et regnabimus sup
terram. Et vidi et audivi
voce angelorum multorum i circuitu
throni et aialium. et seniorum.
et erat nus eorum milia milium
voce magna dicentium Dignus
est agnus. qui occisus est ac
cipe virtute. et divinitatem et sapientiam
et fortitudinem. et honore. et gloriam
et benedictionem Et omnem creaturam
que in celo est. et sup terram et sub
terra. et que st in mari. et q
in ea st omnes audivi dicentes
Sedenti in throno et agno Be
nedictio et honor et gloria et ptas
in secula seculorum Et quat^or aia
lia dicebat amen Et xx quat^or

seniores ceciderunt
i facies suas et adoraverunt
Et vidi qd apuisset agnus
unu de vij signaculis. et
audivi unu de quat^or aia
libus dicens tamqm voce
tonitrui Veni et vide Et
ecce equus albus. et qui
sedebat sup illu habebat
arcu Et data est corona
ei et exivit vincens. ut
vinceret Et cu apuisset sigil
lum scdm. audivi scdm aial.
dicens Veni et vide Et
exivit alius equs rufus. et
qui sedebat sup eu datu est
ut sumeret pacem de terra
et ut invice se interficiant
Et datus est illi gladius
magnus Et cu apuisset
sigillu tciu. audivi tciu 3
animal dicens Veni et
vide. Et ecce equs niger et ne
qui sedebat sup eu habebat
stateram i manu sua Et
audivi tamqm voce i medio
quat^or aialium dicentem Bi
libris tritici denario et tres
bilibres ordei denario. et
vinu et oleu ne leseris Et
cum apuisset sigillu quartu
audivi voce quarti aialis
dicentis Veni et vide
Et ecce equs pallidus et q pal
sedebat desup nomen illi
mors et infernus sequebatur
eu Et data est illi potestas

super quattuor partes terre interficere gladio et fame et morte et bestiis terre. Et cum aperuisset sigillum quintum vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum dei et propter testimonium quod habebant et clamabant voce magna dicentes Usquequo domine sanctus et verus non iudicas et vindicas sanguinem nostrum de hiis qui habitant in terra. Et date sunt illis singule stole albe et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum donec impleantur conservi eorum et fratres eorum qui interficiendi sunt sicut et illi. Et vidi cum aperuisset sigillum sextum et ecce terre motus factus est magnus et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus et luna tota facta est sicut sanguis Et stelle celi ceciderunt super terram sicut ficus emittit grossos suos cum a vento magno movetur. Et celum recessit sicut liber involutus et omnis mons et insule de locis suis mote sunt Et reges terre et principes et tribuni et divites et fortes et omnis servus et liber absconderunt se in speluncis et petris montium. Et dicunt montibus et petris Cadite super nos et abscondite nos a facie

sedentis super thronum et ab ira agni. quia venit dies magnus ire ipsorum Et quis poterit stare. Post hec vidi quattuor angelos stantes super quattuor angulos terre tenentes quattuor ventos terre ne flarent super terram neque super mare neque in ullam arborem Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei vivi et clamavit voce magna quattuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicens Nolite nocere terre et mari neque arboribus quoadusque signemus servos dei in frontibus eorum Et audivi numerum signatorum centum quadraginta quattuor milia signati ex omni tribu filiorum israel. Ex tribu iuda xii milia signati Ex tribu ruben xii milia signati Ex tribu neptalim xii milia signati Ex tribu gad xii milia signati Ex tribu aser xii milia signati Ex tribu manasse xii milia signati Ex tribu symeon xii milia signati Ex tribu levi xii milia signati Ex tribu ysachar xii milia signati Ex tribu zabulon xii milia signati Ex tribu ioseph xii milia signati Ex tribu beniamin xii milia signati. Post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus et populis et linguis

stantes ante thronum et in conspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum. Et clamabant voce magna dicentes Salus deo nostro qui sedet super thronum et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum et quatuor animalium et ceciderunt in conspectu throni in facies suas et adoraverunt deum dicentes Amen. Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio et honor virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen. Et respondit unus de senioribus dicens michi Hii qui amicti sunt stolis albis qui sunt et unde venerunt. Et dixi illi Domine mi tu scis. Et dixit michi Hii sunt qui venerunt de tribulatione magna et laverunt stolas suas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei et serviunt ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedet in throno habitabit super illos. Non esurient neque sitient amplius neque cadet super illos sol neque ullus estus quoniam agnus qui in medio throni est reget illos et deducet illos ad vite fontes aquarum. Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum. Et cum aperuisset sigillum septimum factum est silencium in celo quasi media hora. Et vidi septem angelos stantes in conspectu dei et date sunt illis septem tube.

Et alius angelus venit et stetit ante altare habens thuribulum aureum et data sunt ei incensa multa ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ~~an~~ quod est ante thronum. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo. Et accepit angelus thuribulum et implevit illud de igne altaris et misit in terram. Et facta sunt tonitrua et voces et fulgura et terremotus magnus etc.

Don mancietur post descripta talia forma aperitio libri ponitur propter apertionem divinarum scripturarum designatur quia postquam a sanctis apostolis et eorum predicationibus ecclesia in gentibus fundata est libri veteris ac novi testamenti secundum apostolorum fidem a sanctis doctoribus expositi sunt. Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris signatum sigillis septem. De dextera et sigillis quod dominus dedit in sapientibus dicemus. Liber vero scriptus intus et foris non solum veteris testamenti sed et novi significat. Vel intus scriptus est secundum allegoriam foris secundum hystoriam

Hic liber igitur novum et vetus
testamentum in se continet. quia
spiritualis intelligentia in veteri
testamento inclusa est aliud quam
novum testamentum. Et vidi an
gelum fortem predicantem
voce magna. Angelus fortis
patres veteris testamenti significat.
Voce magna predicaverunt, scilicet
christum ad redemptionem generis
humani venturum et predixerunt.
Quis est dignus aperire librum
et solvere signacula eius.
Interrogatio angeli desiderium
sanctorum significat. Desi
derabant enim sancti vide
re christum in carne. et audire ser
mones eius. eo quod sicut
omnia misteria veteris testamenti
aperta et revelanda. sicut ipse
christus discipulis suis clamen
dicit nobis. quia multi prophete
et reges voluerunt videre que
vos videtis et non viderunt
et audire que auditis et
non audierunt. Et nemo
dignus inventus est. neque in
celo neque in terra. neque subtus
terram. aperire librum et solvere
signacula eius. Nullus
namque angelus celestis in terris
Nullus iustus in terra consistens
nullus etiam compositis. quod mortis
debitum solveret in mundo
unquam apparuit. qui genus
humanum de potestate dyaboli redimeret
Cum redemptio aperio est
veteris testamenti. Et ego flebam
multum. quia nemo dignus

inventus est. aperire librum nec vide
re eum. Iohannes in hoc loco personam
gerit eorum de quibus modo diximus
id est priorum veteris testamenti. flebat
enim sancti multum. eo quod misteria
scripturarum sibi abscondita nullus
esset qui eis manifestaret. nullusque
esset qui genus humanum de potestate
dyaboli erueret. Quod que
rendum nobis est cur dicat
quia librum a nullo posse vide
ri supernis dicat. quod cum in
dextera sedentis super thronum
viderit. Videbant namque an
tiqui patres. quorum typum Iohannes
in hoc loco tenet. veteris te
stamenti librum. et non videbant
secundum spiritalem intelligentiam.
Et unus de senioribus dixit
michi. Ne fleveris. Ecce vicit leo
de tribu Iuda. radix David
aperire librum. et solvere septem
signacula eius. Videtur michi
eandem significationem habere
seniorem. quam et Iohannem.
quam et angelum fortem. Qui sig
nificant eos patres veteris testamenti.
Angelus namque fortis interro
gat. quis esset dignus aperire li
brum. Senior vero dicit. quod
plane ipse christus aperiendus
esset liber. Per angelum igitur
fortem. illi designantur. qui
desiderantes adventum christi
interrogabant quo tempore venturus
esset. Iohannes vero eos designat
qui flebant eo quod tanto
tempore tardaret. Senior autem

p(ro)ph(et)as designat. qui dixerunt
quomodo quo ipse venturus
esset. P(er) leonem igit(ur) de tribu
iuda xp(istu)s intelligit(ur) qui
ex tribu iuda et p(ro)genie d(avi)d
ortus est. Leo aut(em) p(ro)p(ter) fortitu-
dinem vocat(ur). quia dyabolum vicit
et electos suos ab eius p(otes)tate
eripuit. Dicat ergo leo de tribu
iuda radix david. ut aperi(re)t
librum et septem signacula eius
quia liber non posset aperi-
ri nisi p(ri)us vinceret(ur) dyabolus. Hec
victoria fuit apud veteris
testa(men)ti. Quomodo quatuor
signacula aperuit in sequenti-
bus dicemus. Et vidi in me(di)o
throni. et quatuor animalium et se-
niorum agnum stantem q(uasi) occisu(m)
habentem cornua septe(m) et oculos
septem. qui s(unt) septe(m) sp(iritu)s dei
missi in omnem terram. P(er) thronum
et quatuor animalia. et seniores.
vna eccl(es)ia cu(m) suis variis ordi-
nibus designatur. Agnus
vero non occisus. s(ed) tamquam occisus
est. quia mortem in transitu
gustauit. et paulo post re-
surgens iam non morit(ur), mors
illi ultra non dominabit(ur). Cornu-
a et cornua septe(m). et oculos
septe(m) habuisse visus est. Quid
sint aut(em) septe(m) oculi. ipse ex-
ponit cu(m) subiungit. Qui s(unt)
vii. sp(iritu)s dei missi in omnem terra(m).
Per cornua vero septe(m) regna
designant(ur). Videt(ur) ergo invicti
aliam significationem habe(re)
cornua. aliam oculi. Per

septem namque cornua omnes
electi designant(ur). qui regnu(m)
dei vocant(ur). quorum omnem
multitudinem supius in septe(m) partes
divisimus. Ad primu(m) igitur
cornu(m) electi. qui ante di-
luuium fuerunt p(er)tinent. Ad
s(ecun)d(u)m vero illi. qui post diluui- 2
um usque ad legem fuerunt.
Ad tertiu(m) aut(em) illi qui sub 3
lege fuer(un)t. Ad quartu(m) p(ro)ph(et)e. 4
Ad quintum qui ex iudeis 5
crediderunt in xp(istu)m. Ad sex- 6
tum p(o)p(u)lus gentilis. Ad sep- 7
timum illi qui in fine mundi
nascituri s(un)t. et cu(m) antixp(ist)o
pugnaturi. Et venit et
accepit librum de dextera sedentis
sup(er) thronum. Sup(er)ius dixi(mus)
p(er) sedentem in throno xp(istu)m
designatum fuisse. Et quia
ipse dixit. ego in patre et pat(er)
in me est. et qui videt
me videt et patrem. i(n) hoc
loco sedens in throno patrem
designat. De dextera vero
patris filius est. Agnus ac-
cepit librum de dextera sedentis sup(er)
thronum accepit. quia homo
xp(istu)s a sua divinitate accepit.
ut sacramenta divinarum scrip-
turarum reseraret. Et cum
aperuisset librum. quatuor animalia
et xxiiii(or) seniores ce-
ciderunt cora(m) agno. habentes
singuli cytharas. et phialas
aureas plenas odoramen-
torum. que s(un)t orationes sanctorum.
Sciendum nobis est quomodo

ante reseracionem sigillorum
liber aperiri potuit. Et spiritualiter
intelligendum est. Prophe-
te namque adventum Christi
passionem et resurrectionem eius
aliquando per figuras significabant
aliquando apertis verbis pre-
dixerunt. Sed et patriarche
in suis actibus omnia presigna-
verunt. Christus ergo qui ex
virgine natus est. quando
passus est et resurrexit. et in
celum ascendit. librum veteris
testamenti aperuit. queque ibi fi-
gurabantur opere implevit.
Nostra vero ea que in veteri
testamento obscura erant. et in
novo doctoribus ecclesie per
inspirationem spiritus sancti aperuit. Et
apertio. reseratio est sigillorum.
Quod autem sequitur. quod iiii[or]
animalia et seniores ceciderunt
coram agno. ad eosdem
doctores ecclesie pertinet. Qua-
tenus cum nativitatem. passionem
et resurrectionem domini adven-
tum reducunt. et quibuscum-
que modis hec a sanctis patribus
presignata. et a prophetis predicta
sunt recolunt. quotiensque
hec que in arcanis obscura a-
posita sunt. investigare non de-
sinunt totiens eis liber aperitur.
Cadunt vero coram agno. cum
per meditationem divinarum scripturarum
considerantes immensam cle-
mentiam dei. humiliant se
in conspectu creatoris sui. et

tanto se per humilitatem deiciunt
tanto amplius in amore eius
exardescunt. quia humilitas
que fit in conspectu dei nutrit
amorem dei. Per citharas autem
quas animalia et seniores ha-
buisse dicuntur. mortificatio carnis
designatur. sicut dicit apostolus.
mortificate membra vestra que sunt
super terram. fornicationem. immun-
diciam. avariciam. ceteram.
Phiale vero auree. corda sunt
sanctorum. spirituali sapientia repleta.
que odoramentis plena fuis-
se dicuntur. Quod fuit autem o-
doramentum. ipse exponit cum
subiungit. Que sunt orationes
sanctorum. Et ut hec odoramenta
ad deum ascendant. psalmista
precatur dicens. Dirigatur
oratio mea sicut incensum in con-
spectu tuo. Et cantabant
canticum novum dicentes. Per hos
novus cantat canticum novum.
Canticum novum canticum est
evangelii. Dignus es domine ac-
cipere librum. et aperire signacula
eius. Hoc quod dicit ad humanitatem
eius pertinet. Nam secundum di-
vinitatem [illegible] accipere potuit
qui semper omnia habuit. Cur autem di-
gnus sit accipere librum et solve-
re signacula eius subdendo
manifestat. Quoniam occisus
es et redemisti nos deo in
sanguine tuo ex omni tribu et
populo et natione. Hic demon-
strat ex omnibus gentibus ecclesiam

Sancti dicuntur regnum reges et sacerdotes

fuisse collectum. Nam sunt quidam electi qui hic negant. Et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et regnabunt super terram. Sancti dei regnum dei sunt, quorum super terram regnare dicitur. Quamvis ergo dei regnum sunt, quia in eis regnat deus, et reges sunt quia se et alios optime regere norunt. Quin etiam sacerdotes domini sunt, quia semetipsos totaliter igne caritatis succensi per compunctionem cordis et lacrimas deo offerre consueverunt, sicut dicit psalmista: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Qui sacerdotes ideo dicuntur eo quod membra sunt summi sacerdotis, de quo dicit psalmista: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Et vidi et audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni et seniorum et quatuor animalium et erat numerus eorum milia milium dicentium voce magna: Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem et divinitatem et sapientiam et fortitudinem et honorem et gloriam et benedictionem. Per thronum et quatuor animalia et seniores universa ecclesia cum suis doctoribus designatur. Angeli vero qui thronum circumdedisse est ecclesiam custodisse nisi sunt angeli sunt qui ad custodiam ecclesie a deo destinati sunt, sicut paulus apostolus loquitur dicens: Nonne omnes administratorii sunt spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis.

Per maiores autem minoresque multitudo innumerabilis designatur. Qui agnum magna voce laudare dicuntur, quia eorum numquam officium angeli complendum desistunt, a laudibus dei numquam cessant. Et sicut liber in septenario numero totus consistit, et septem dona spiritus sancti in illo libro ipsius repleri dicuntur, ita et septem benedictiones in hoc loco ponuntur, quibus assidue angeli deum laudare dicuntur. Et omnem creaturam que in celo est et que in terra et que subtus terram et que sunt in mari et que in ea sunt omnes audivi dicentes sedenti in throno et agno. Per creaturam que in celo est angeli, per terram vero que in terra est homines, per eam vero que est subtus terram hii qui iam debitum mortis solverunt designantur. Quod vero dicit que sunt in mari, aquas maris intelligere debemus. Per mare autem loca inferorum aque continentur. Quos vero subiungit et que in ea sunt, pisces qui in aquis morantur intelligere debemus. Omnem si per omnem creaturam que in celo est omnes homines intelligere possumus, quorum omnes homines deum laudant. Invenimus enim quosdam pelagianos qui christiani nominantur

qui quatuor dominum laudare in-
dicant . deum non laudant / quod
sicut dicit scriptura . Non
est speciosa laus in ore pecca-
toris . Et sub pedibus centum viginti
que intra est . omnes animas
debemus intelligere quorum terra-
rum intra representant . quoniam hij
qui apud inferos erant
dominum laudare nescienti sunt .
Sed pedibus centum viginti . que i-
nta . et que subtus terram
est . salvos electos debemus in-
telligere . qui et intra operibus
et verbis deum laudare non de-
sistunt . et mellis cum duo po-
siti alaudibus eius nunquam
cessant / Per mare non (?)
per aquas maris multitudine
fidelium . Per pisces qui in aquis
morantur doctores ecclesie
possumus intelligere . Septima
benedictio . quia fideles deum
benedicere dicunt . Benedictio et honor
et gloria et potestas deo meo in
secula seculorum . Benedicunt namque
electi assidue deum cum verbis
opera coniungunt . Et quatuor animalia
dicebant amen . Amen con-
firmatio sermonis est . Et quatuor
animalia dicunt amen . cum sancti
predicatores optant assidue ut
auditores eorum in bonis operibus
magis ac magis proficiant .
Et viginti quatuor seniores ceciderunt
et adoraverunt . Viginti quatuor
seniores in hoc loco eandem
significationem habent . quam et

quatuor animalia . Seniores er-
go cadunt et adorant / cum pre-
dicatores sancti quanto amplius pre-
dicationes suas viderint in
bonis operibus profecisse . tanto
magis se humiliant in conspectu
dei . sicut dicit scriptura . Quanto
magnus es humilia te in omnibus
et coram deo invenies gratiam .
Septimum sigillorum apertio . quemadmodum
nisi ad expositionem ceterarum scrip-
turarum pertinet videnda est . Ita
et ea que sub sigillorum apertio-
nibus facta esse dicit . ad a-
pertionem veteris testamenti pertinent .
Et sicut omne tempus electorum
ex septem partibus consistit . ita
sunt et septem sigilla . que universe
parti conveniunt (?) . ad demonstran-
da ea que in veteribus scripturis
abscondite posita sunt . vel quod
sanctorum patrum facta significant .
Apertio ergo primi sigilli . ad ea
que ante diluvium facta sunt
pertinet . Secundum vero sigillum
ad patriarchas . Tertium ad eos
qui sub lege fuerunt . Quartum
autem ad prophetas . Tria igitur que
residua sunt ad novum testamentum
pertinent . Quintum namque ad
viros (?) . Sextum ad iudeorum des-
tructionem . et ad gentium vocationem .
Septimum ad adventum christi
pertinet . Et cur in septimo lo-
co adventus eius ponatur . in se-
quentibus dicemus . Et quemadmodum
nobis est . cum premissionem inter-
pretum apertio veteris testamenti
significetur . Et quia namque comperte
sequi inestimabilis (?) . comperto

presidentib(us). nobilib(us) ecc(lesi)e dimos(?)
Similit(er) et queda(m) p(re)cepta le
galia. q(uan)tu(m) ad p(ar)te(m) litt(er)e irrationa(bi)lia
q(uan)tu(m) ad p(ar)te(m) aut(em) allegorie valde
rationa(bi)lia esse p(ro)bant(ur). **Et vi
di q(uo)d ap(er)uisset agnus unu(m)
de septem sigillis.** Ap(er)tio p(r)imi
sigilli. ad ea que ante dilu
uiu(m) facta s(un)t p(er)tinet. Agnus
igit(ur) p(r)imu(m) sigillu(m) ap(er)uit. q(ui)
ea que ante diluuiu(m) gesta s(un)t.
doctoribus ecc(lesi)e qualit(er) sp(irit)u(alite)r
intelligant(ur). sp(iritu)s s(an)c(t)i gr(ati)a pate
fecit. Et ut quid sit ap(er)tio sigi
llor(um) pauca dicamus. In genesi
scriptu(m) est. q(uo)d plantaverat
d(eu)s paradisum voluptatis. i(n) q(uo)
posuit ho(min)em que(m) formaverat
qui diu(er)sis arboribus consitu(m)
esse describit(ur). Per paradisu(m)
igit(ur) eccl(esi)a. p(er) arbores v(er)o pa
radisi. doctores ecc(lesi)e designant(ur).
Et sicut arbores paradisi victu(m)
pomor(um) prebebant p(r)imis ho
minib(us). ita et doctores eccl(esi)e
victu(m) libror(um) divinor(um). et alim(en)
tu(m) fideliu(m) in eccl(esi)a constitutor(um)
prebe(re) no(n) desistunt. De ligno
aut(em) vite. et de ligno scientie
boni et mali sup(er)ius diximus.
Fons v(er)o qui egrediebat(ur) de
medio paradisi eu(n)d(e)m sufficiat
q(uo)d irrigab(at) s(an)c(t)e eccl(esi)e co(n)venit.
Et qui inde in quat(t)uor capita
dividebat(ur). q(uia) doctrina evan
gelii in quat(t)uor libros dividit(ur).
et lavit omnes t(er)minos t(er)re. Na(m)
et ada(m) x(ristu)m figurat. eva
v(er)o eccl(esi)am. Et sicut eva

de latere viri dormientis
facta est. ita et eccl(esi)a de lat(er)e
x(rist)i in cruce pendentis fab(ri)
cata est. q(uia) cu(m) sanguine
redempta et mundata est a
sordibus. Duo filii nati s(un)t
ade. cain et abel. Cain po
pulum iudeor(um). abel v(er)o
x(ristu)m figurat. Obtulit cain
de fructibus t(er)re. munera d(omi)no
q(ui)a p(o)p(u)l(u)s iudeor(um) qui t(er)re
nus dicit(ur). t(er)rena munera off(er)e
bat. id est p(r)imitias. decimas
sacrificia. cet(er)a que in lege
iubebant(ur). Abel v(er)o obtulit
de p(r)imogenitis g(re)gis sui. et
de adipibus eor(um). P(r)imogeniti
gregis sui s(un)t ap(osto)li. q(uo)s p(r)imos
genuit eccl(esi)a. et p(er) quibus
eccl(esi)a nata est. Adeps v(er)o
fides est ip(s)or(um). Obtulit igit(ur)
abel de p(r)imogenitis sui
gregis et de adipibus eor(um).
q(ui)a x(ristu)s ap(osto)los quos de
mundo elegit. fidemq(ue) eor(um)
deo p(at)ri obtulit. Cain invi
dia ductus est eo q(uo)d respe
xisset d(omi)n(u)s ad abel et ad
munera eius. interfecit eu(m).
similit(er) et iudei videntes
que sua et p(at)ris virtute x(ristu)s
op(er)abat(ur). interfecerunt eu(m). qui
frat(er) illor(um) erat s(ecundu)m carnem.
maledixit deus cain. eo
q(uo)d interfecisset abel fratrem
suum. dixitq(ue) ei. q(uo)d vagus et
p(ro)fugus erit sup(er) t(er)ram. Talit(er)
et iudei. no(n) s(ecundu)m adam. sed
a semetip(s)is maledicti sunt

quando dixerunt de christo. San
guis eius super nos et super fi
lios nostros. Similiter vagi et pro
fugi super terram. quia propria
sedem nullam habentes per uni
versas gentes vagantur.
De apertione primi sigilli tunc
dixisse sufficiat. Audiui
unum ex quatuor animalibus dicens.
Veni et vide. Eandem signi
ficacionem habet primum animal quam
et secundum et tercium et quartum
Significant enim doctores ecclesie
Quod autem dixit Veni et
vide ad intelligenciam spiritualem
nos notat. Ac si diceret Veni
non passibus corporis sed passibus
mentis et intellige spiritualiter
ea que primo tempore historialiter
facta legisti Et ecce equus albus
et qui sedebat super eum habebat
arcum et data est ei corona et
exiuit vincens ut vinceret
Equus albus iustos qui ante
diluuium fuerunt designat. qui
propter innocenciam albi dicuntur
Sessor vero equi dominus est qui
sanctos suos spiritualiter possidet. Per
arcum autem qui procul sagittas
a se mittit et iaculatur vindicta
diuina potest designari. quia
et prauos homines propter in se abun
dantem culpam dampnauit
et Cain propter fratricidii reatum
septuplum puniuit. Per coronam
remuneracionis sicut et per equum
album iusti qui ante dilu
uium fuerunt designantur Exi
uit uero vincens ut vinceret.
quia statuit ut per aquas diluuii
omnes iniquos reprobos deleret
Et cum aperuisset sigillum secundum
Secundi sigilli apertio ad arche
fabricam et ad iustos qui
ante legem fuerunt pertinet Ad
demonstrandam ergo secundi sigilli
apertionem. paucis de ipsis loqui
mur In genesi scriptum est quod
dixit dominus ad Noe Fac tibi
archam de lignis leuigatis
mansiunculas in archa facies
et bitumine linies intrinsecus
et extrinsecus et sic facies eam
Trecentorum cubitorum erit longitudo
arche. quinquaginta cubitorum
latitudo et triginta cubitorum
altitudo illius Archa ecclesiam
Noe vero fabricator arche. Christum
ecclesie fabricatorem signabat
Que archa de lignis leuigatis
facta fuisse describitur. Per ligna
leuigata. que et aquas prohibue
runt. et vitam omnibus animalibus
intra se constitutis seruauerunt.
doctores ecclesie designantur
qui et doctrina et scripturis
suis. aquas diuersorum errorum
ab introitu ecclesie prohibent et
vitam hiis qui intra ecclesiam
sunt. sua doctrina et exemplis
seruant Que leuigata esse
dicuntur. id est ab omni asperitate
viciorum emundata. Per mansi
unculas vero. que in archa fieri

nisse sunt. diversi ordines fieri
designantur. Alius cum in coniuga
li ordine. alius in continenti.
alius in monasterio. alius in
sacerdotali. dum deo sine studet
quam in diversis mansionibus, sicut
Bitumen autem quo linita fu
isse de divina scriptura designatur.
Tabule ergo compositionibus archa
facta est. quas doctores ante
significasse diximus. bitumine
intrinsecus et extrinsecus linite
sunt. quia doctores ecclesie intus
secus liniti sunt per sapientiam
doctrinamque divinarum scripturarum
et extrinsecus per operationem virtutum.
Trecentorum autem cubitorum longi
tudo arche fuisse describitur.
quinquaginta cubitorum latitudo
et xxx^ta cubitorum altitudo
illius. Per longitudinem igitur
arche fides. per latitudinem
caritas. per altitudinem spes si
gnificatur. Longitudo quoque arche in
trecentos cubitos extenditur.
quia fides nostra in confessione
sancte trinitatis consistit. Centenarius
vero perfectus numerus est. In trecen
tos cubitos fides nostra prefigura
ta est. quia tria perfectam
habet. patrem et filium et spiritum
sanctum. sicut scriptum est. Qualis
pater. talis filius. talis spiritus
sanctus. Longitudo nichilominus
eius in quinquaginta cubitos
dilatatur in latitudine. quia
fides per dilectionem operatur. Eo vero
inconvenienter in quinquaginta
cubitorum latitudinis caritas

significatur. Septies enim septem
quadraginta novem faciunt.
quod si huic numero unum
addideris. quinquaginta invenies.
Dilectio quoque proximi non in
convenienter in septenario
numero comprehenditur. quia
sine septem virtutibus perfecta
non potest. In septem namque
septenos unumquemque fidelem
proximum contendit. dum quibus
cumque modis valet aut
adversitates proximis evenire
previdet. eisdem modis et ipse
ad subveniendum paratus esse
sit. Verbi gratia. dum esurienti
cibum. hospitio egenti. in
carcere posito quem sit nuda
visitat. dum dolentem con
solatur. dum nutantem verbo
temptat. dum odium gentem
in corde pacificat. discorda
tesque ad pacem revocat. dum
eum qui in peccatis iacet ad
penitentiam provocat. dum ad vitam
eternam quoscumque potest secum
trahere studet. Et ut breviter
dicam. quibus modis vult
ut ei salubriter ab alio sub
veniatur. eisdem et ipse quibus
cumque potest subvenire paratus
est. Ad septem autem septenos
si unum adiungas quinquaginta
fiunt. Similiter et ad dilec
tionem proximi si unius dei di
lectionem adiungas. tota caritas
integra atque perfecta inveniri effi
citur. Altitudo vero arche in xxx^ta
cubitos exaltata est. quia

ille utilem spem possidet
qui a fide sancte trinitatis · sicut
nobis ab apostolis tradita est
atque a ceteris doctoribus · nec
per opere neque actualiter discor
dat. Qui vero cum spem sine
recta fide de vita eterna pos
sidenda sibi usurpat · sine
dubio semetipsum decipit · quia
sine fide impossibile est placere
deo. Quod autem utique arche a me
qua longitudine et latitudine
ponebatur et in subito sursum
consummabat · quia caritas que
ex fide nascitur · in magna la
titudine erga proximorum
curam semetipsam extendit
Sursum vero in subito consumma
batur · quia omnis spes fi
delium atque desiderium · ad
unum quod est visionem tendit. Quod
autem Noe ad iussionem domini ex
omnibus animantibus mundis
et inmundis masculos et fe
minas in archam introduxit.
significabat quod boni et ma
li in ecclesiam introducentur.
Per munda namque animalia
electi · per inmunda vero reprobi de
signantur. Munda utique ani
malia in septeno numero ponuntur.
quia illi soli electi sunt
qui per gratiam spiritus sancti ab opera
tione donorum eius spiritus sancti
alieni non sunt. Reprobi vero in
secundo numero ponuntur · quia solo
corpore et animo in ecclesia consistunt

inveniente vero requie columbam super
Insequentibus quorum scriptum
est · quia aperiens Noe fenestram
arche · quam fecerat · dimisit cor
vum. Qui vero egrediebatur et non
regrediebatur donec siccarentur
aque super terram. Per corvum autem
nigerrimum iudei in fidelitate
tenebrosi designantur. Noe
igitur de archa corvum emisit
quia dum in illius corporibus a
consortio sancte ecclesie per incredulitatem
separantur. Post corvum emisit
columbam · que cum non invenisset
ubi requiesceret pes eius reversa
est ad eum in archam. Secundo
emisit columbam ex archa · que
venit ad eum ad vesperam por
tans ramum olive · virentibus
foliis in ore suo. Tercio emisit
columbam · que non est reversa
ad eum. Per columbam sanctus spiritus
sanctus figuratur · eo quod in columbe
specie super dominum descenderit. Re
quirendum nobis est quid signi
ficet trina emissio columbe
et bina reversio. Tres emis
siones tria tempora significant
Primum ante legem. Secundum sub
lege. Tercium sub gratia. Iuxta
hoc vero Noe dominum archa vero
celestem dei civitatem designat.
Noe primo columbam ex archa
emisit · quia deus emisit sub
viris qui ante legem fuerunt
gratiam spiritus sancti dedit · et qui
legem non servabant divina pre
cepta que postea data sunt

pdonu sancti spus i pleuit
Sed columba no inuenit ubi
requiesceret pes eius. quia no
solu certe gentes. sz et ipi iudei
in egypto positi in tantu cul-
turam dei reliquerunt. ut
eo tpe quo moyses natus est
pene nullus inueniretur i quo
spus scus habitare dignaretur
et quodam mo gra spus sancti
ad eu redijt a quo missa est.
2 et omnes peccatores deseruit Secundo
emisit noe columbam expec-
tata. quia deus gram spus sci
spiritualiter legem primo tarde ser-
uantibus dedit. Vespa autem
qua columba ad noe redijt.
tpus quo xpus natus est de-
signat. Vespere tpe dicitur
incarnatus. Lex et prophete usqz
ad iohem. quia postqm euangelium
cepit predicari circumcisio 7 multe
obseruationes legales perierunt
Cessauit legis obseruatio deo
placuit. tandem seruientes lege
seruantes spus sci gram quesiuit
Et sicut columba ad uesperam
ad noe redijt. ita et spus sci
gra iudeis infidelibus desertis
quodam mo ad eos a quo fuerat
missa reuersa est. Per ramum
uero oliue. legem possumus
accipere. pro olea autem victoria
eos qui per legem salui facti sunt.
Columba igitur ramum oliue
cum virentibus folijs in ore suo
detulit cum spus sci gratia
eos quos per legem saluauerat

3 quodammodo deo obtulit. Tercio
noe columbam expectata
emisit. qui fidem euangelij
seruantibus gram spus sci
dedit. Que non est reuersa
ultra ultra ad eu. quia fi-
des euangelij tamdiu cum
electis manebit. usqz dum
ueniente dno ad iudicium.
electi qui in hoc mundo i-
uenientur. rapientur. terram
dno iacere. et sic semper cum
dno erunt. Ad demonstrandum
uero apertius scdi sigilli aperturam.
de tribus pñtibus primam
dicamus. In genesi scriptum
est. quia temptauit deus abra-
ham. et dixit ad eu. Tolle
filium tuum quem diligis ysaac
et uade in terram uisionis et
offeres eum ibi in holocau-
stum sup unum montium quem
monstrauero tibi. Abraham
uero de nocte consurgens strauit
azinum suum. ducens secum
duos iuuenes et ysaac filium
suum. Abraham xpus secundum
diuinitatem. ysaac autem hominem
que xpus assumpsit designat
Per azinum autem apli designantur
Abraham igitur de nocte sur-
rexit. quia filius dei mundo
in tenebris ignorantie posito.
cōpuanō in specie nasci di-
gnatus est. Strauit azinum
suum. qui aplis suis mandata
euangelij tradidit. Per duos
uero iuuenes duo precepta
caritatis designantur.

Visio tercia

Duos iuvenes secum duxit. quia duo precepta caritatis discipulis suis crebrius et frequentius tradidit. Duxit et filium suum. quia hominem quem assumpsit admonendo per genere humano tradidit. sicut ipse dixit in cena discipulis suis. cum ad passionem pergere devenisset. Ecce ascendimus ierosolimam et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. tradetur enim gentibus ad deludendum. et flagellandum. et conspuetur. et postquam flagellaverint occident eum. et die tercia resurget. Die autem tercia elevatis oculis vidit locum procul. Tres dies tres decades annorum. tres scilicet huius metes designant. quo spacio temporis dominus in mundo conversatus dicitur. Locus vero illum designabat. in qua passus est christus Sed tum locum procul vidisse dicitur. tum totum in templo predicaret. Calvaria quamvis iudei prope essent corpore. per incredulitatem tamen longe ab illo recesserunt. Dixitque abraham pueris suis. Expectate hic cum azino. ego et puer illuc usque properantes postquam adoraverimus revertemur ad vos. Similiter et christus expectare suos discipulos iussit usque dum resurgens reverteretur ad eos. cui dicit Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Postquam autem resurrexero precedam vos in galileam. Et cum reprehenderetur. dixit iudeis Si ergo me queritis. sinite hos abire. Tulitque abraham ligna holocausti. et imposuit super ysaac filium suum. Ipse vero portabat in manibus suis ignem et gladium. Diximus superius per ligna peccata nostra fuisse designata. Ligna ergo ysaac portavit. quia peccata nostra christus pertulit in corpore suo super lignum. ut peccatis mortui iusticie vivamus. Per manus vero abrahe potestas domini nostri ihesu christi designatur. In eius namque potestate fuit ut moreretur. et ut non moreretur si vellet sicut ipse dixit. Potestatem habeo ponendi animam meam. et potestatem iterum habeo sumendi eam. Per ignem autem passio. per gladium eius mors intelligitur. Cumque venisset ad locum edificavit altare. et desuper ligna composuit. Cumque colligasset ysaac filium suum. posuit eum in altari super struem lignorum. Per altare crux intelligitur Crucem ergo filius dei in qua homo quem assumpserat immolaretur edificavit. quia ipso permittente factum est. Super altare vero ligna imposuit

et sup(er) ligna ysaac filium suu(m)
colligavit. Illud namq(ue) q(uo)d
sufferre nolum(us). nobismetip(s)is
supponimus. ut pondere n(ost)ro
suffocet(ur) et pereat. Simil(iter)
redemptor n(oste)r ligna. id e(st)
pecca(ta) n(ost)ra in cruce pendens
sibi supposuit. ut eiusdem
ponderis atq(ue) virtute pecca(ta)
nostra suffocarentur. et ita de
lerentur. Vincula aut(em) ysaac
afflictione(m) d(omi)ni in cruce desig(na)
verunt. Ea vero q(ue) angelus
ad abraham locutus est. ad
hanc oppositione(m) vero p(er)tinet
Levavit abraham oculos
viditq(ue) arietem int(er) vepres
herentem cornibus. q(ue)m assume(n)s
obtulit holocaustu(m) p(ro) filio.
Aries xp(istu)m designavit. Per
duo cornua duo precepta ca
ritatis designat(ur). Per vepres
iudei. Cristus igit(ur) int(er) vepres
herebat cornibus. quia iu
deos ut fr(atr)es diligebat. et fa
cit quia gentium vocatio
iudeor(um) est perditio. nolunt
p(ri)mo fidem gentibus tradere
s(ed) mittens ad p(re)dicandum disci
pulos suos dixit. In viam
gentium ne abieritis et in
civitates samaritanor(um) ne
intraveritis. s(ed) ite potius ad
oves perditas domus isr(ae)l.
Et mulieri cananee dixit
Non sum missus nisi ad oves
que perierunt domus isr(ae)l.
Et iterum Non est bonum sumere

panem filior(um) isr(ae)l et mitte
re canibus. Abraham aut(em) a
vepribus arietem abstraxit
atq(ue) in holocaustum p(ro) filio
obtulit. quia pater filium et
ipse filius semetipsum ab a
more ipsor(um) iudeor(um) separavit
atq(ue) hominem quem assumpsit
p(ro) salute humani generis in
holocaustum obtulit.
De eadem vero ysaac scriptu(m)
est. quia habuit duos filios
Esau et Jacob. Esau ve
nator fuit et homo agricola
Jacob vero simplex habitabat
in tabernaculis. P(er) Esau
p(o)p(u)lus hebraicus. p(er) Jacob
vero p(o)p(u)lus gentium ~~intellig(itur)~~
designat(ur). Ysaac aut(em) utriusq(ue)
genitor filior(um) typum d(omi)ni
tenuit. quia utrumq(ue) p(o)p(u)l(u)m
et illum plebem. et istum
p(ro)fectum fecit. Esau agri
cola. quia iudeor(um) p(o)p(u)lus
p(ro) t(er)renis bonis deo s(er)viebat
Ideo non dictum est ad illos.
Si pauperes fueritis sp(irit)u. si mi
tes. si pacifici. si misericor
des. si p(er)secutiones p(ro)pter
me sustinueritis. beati
eritis. et merces v(est)ra copiosa
erit in celis. S(ed) dictum est
ad illos. Si custodieritis
mandata mea. et iudicia
mea s(er)vaveritis dabo vobis
pluviam temporibus suis. et terra
p(ro)feret germen suum. et pomis
arbores replebuntur. et ita

que ad delicias seculi pertinet consuit et venatur. quia per effusionem sanguinis cunctorum peccatorum atque vitiorum deum placare consueuerat. Iacob autem simplex habitabat in tabernaculis. quia electi ex gentibus sola fide bonaque voluntate deo placere studuerunt. Per tabernacula vero siue diuersas ecclesias in quibus per uniuersum orbem una ecclesia katholica diuisa est. siue diuersos ordines possumus intelligere. Ysaac diligebat Esau. eo quod de venationibus suis vesceretur. sed rebecca diligebat iacob. Ysaac sit dominum in hoc loco typum dei tenet. Rebeccam autem scripturam dei possumus intelligere. Ysaac igitur diligebat Esau. eo quod de venationibus eius vesceretur. quia deus diligebat populum iudeorum. tamen per prescientie sue gratiam multo amplius iacob. id est populum gentium diligebat. Esau autem cum in venatione moraretur ut de agrestibus animalibus cibos patri conficeret. quamuis ab eo iuberetur. tamen iacob ad benedictionem percipiendam patri applicauit. quia dum populus iudeorum in aliis spurcitiis legalibus deditum esset. atque ad fidem christi percipiendam tardius occurreret. tamen gratia populum gentium eo

quod fidem christi cum auiditate suscepisset. ad percipiendam benedictionem que iudeis debebatur deo obtulit. Carnalis autem ille populus gentium. hoc benedictionis donum promeruit. testantur opera iacob prefigurata. que pro benedictione percipienda egisse scribit Moyses. igitur rebecca filio suo iacob. Affer mihi duos edos optimos. ut faciam ex eis patri tuo quibus libenter vescitur. et benedicat tibi antequam moriatur. Abiit et attulit deditque matri. Parauit illa cibos sicut nouerat velle patrem illius. et vestibus Esau. quas apud se habebat domi. induit eum. pelliculasque hedorum circumdedit manibus. et colli nuda protexit. Deditque pulmentum. et panes. quos coxerat tradidit. Per duos hedos confessionem peccatorum gentilis populi. et precum possumus accipere. Duos quoque hedos optimos iacob matri obtulit. quia professionem peccatorum. et precum que via est ad fidem currentibus. populus gentilis ad eandem fidem percipiendam preparauit. Esau hedi optimi fuisse dicuntur. quia deo valde acceptabilis est prima peccatoris cum abrenuntiatione vitiorum sicut ipse dicit in euangelio Gaudium est in celo super uno peccatore penitentiam agente

qua supra nonaginta nouem qui
non indigent penitentia. Per unum
peccatorem populum gentium. Per
nonaginta nouem uero iustos in
deos intelligi uolens. Qui se
iusti deo dicunt. Quia propter
obseruationem legis iustos se
false putant. Nam ad eosdem
iustos dominus loquitur in euangelio
Vos qui iustificatis uos coram
hominibus. deus autem nouit
corda uestra. Quasi idem in ipso
uno ponitur. quia nullum
ad perfectum adduxit lex. Necessitas
autem delectabiles quos ysaac
ad sumendum ex duobus hedis
parate sunt penitentie opera denique
intelligitur. De ipsis esas loquitur.
iohannes baptista. facite fructus
dignos penitentie. Vestes uero
ualde bonas. quas ezau domi
reliquerat optima precepta
possumus intelligere. ut est
illud. Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo. et ex tota
anima tua. et proximum tuum sicut
te ipsum. et multa alia sine
quibus nullus iustus potest
esse. Hee sunt optime uestes quas
iudei domi. id est in ueteri
testamento reliquerant. eo quod
ea obseruare nollent. Hiis populus
gentilis indutus et ornatus
ad deum patrem cum talibus operum
bonorum processit. Cum talibus ac
et panes detulit. Papa
nem sepe labor designatur
quia ille congruenter ad

deum patrem cum talibus operum bo
norum pergit. qui et alios quos
non tuique potest ad bona
opera agenda admonere non
desinit. Sed illud nobis querendum
dum est. cur manus pellibus
hedinis manus iacob et col
li nuda protexit. Pellis uero
cum abstergendo subtrahitur caro
apparet. unde delectabiles cibi
confecti putantur. Similiter et ab
unoquoque peccatore cum uitia
detrahuntur. bonum nature
cum uacuum apparet. Que si
fide decoquantur. delectabiles
cibi ex bono nature deo pre
parantur. Per collum igitur cui quod
in collo sepe superbia apparet.
possumus elationem mentis in
telligere. Per manus uero opera
designantur. Collum ergo unus
quisque fidelis pellibus he
dinis tendat cum ad mentis
elationem deponendam. et humilitatis
sue custodiam. peccata preterita
ante oculos mentis reuocare
non desinit. Manus tendat.
cum ne in bonis operibus ex
tollatur. peccata preterita ante oculos
mentis sepe reducit. Post
quam ysaac cibum sumpsit.
obtulit ei iacob etiam uinum
Qui per cibum actiue uite opera
designantur. possumus per uinum
quod mentes hominum alienat
contemplatiuam uitam accipere
que ab amore seculi mentes
... electorum insensibiles reddit

Visio tercia

Visio igitur per quam sumpto
presaat iacob beatitudinem. qua
ille beatitudinem celestis patrie
adeo percepit. qui cum usque
ad finem vite sue bonis operibus
placere studeat. Idem vero
iacob cum fugeret esau fratrem
suum. venit ad quendam locum
cumque posuisset capiti suo la
pidem. dormivit illic. vidit
que in sompnis scalam ad ce
lum erectam usque ad celum et ere
tam et dominum in ipsius scale
angelosque dei ascendentes
et descendentes per ea. Per
lapidem xpistus intelligitur. fun
damentum enim nemo christus est
dicente apostolo dicit fundamentum
enim aliud nemo potest ponere
preter id quod positum est. quod est
xpistus ihesus. Caput igitur super
lapidem ponimus. si ex bonis
operibus pietatem nostram super xpistum
edificamus. Concordat huic
sensui visio scale. Duo
namque ligna scale maiora que
sunt ex utraque parte. atque ab in
ferioribus ad superiora erigun
tur duo precepta caritatis de
signantur. Per gradus vero qui
intransversum ex utraque parte
sunt hiis duobus lignis in
seruntur. certe virtutes desig
nantur. Et sicut duo ligna
nisi a gradibus. et gradus
nisi a duobus lignis tenerentur
non possunt. ita et caritatis sine
ceteris virtutibus et cetere virtutes
sine caritate esse non possunt.
Et quemadmodum dixi. gradus
nisi in duobus lignis maioribus
ex utraque parte inserantur ascen
sum hominibus prebere non possunt.
ita cetere virtutes. nisi ex dilectione
dei et dilectione proximi nascantur
ire ad celum volentibus ascen
sum prebere non possunt. Sicut dicit
iohannes apostolus. Qui enim non
diligit fratrem quem videt. deum
quem non videt quomodo potest
diligere. Et sicut scala ex una
parte terram ex altera parte celum
tangere visa est. ita et caritas
cum inferioribus proximis. a
superioribus vero deo coniungitur. Per
et angeli dei per eam ascendentes
et descendentes monstrati
sunt. quia sancti dei qui per angelos
designantur. aliquando amor dei
per contemplationis gradum ad ex
celsa sublevat. aliquando amor
et cura proximorum ad inferiora
reducat. Dominum autem in ipsius
scale vidit. quia quicumque per
iter virtutum ad deum ascendere
satagunt post finem viam sui
itineris finierint. deum omnium
bonorum auctorem premiorumque
largitorem invenient. cum quo sine
fine gaudebunt. Cum vero ide
iacob veniret de mesopotamia
syrie venissetque ad iordanem
transductis omnibus que ad se
pertinebant remansit solus

et ecce vir luctabatur cum eo
usque mane. Cumque videret quod
eum superare non posset, tetigit
nervum femoris eius et statim
emarcuit. Dixitque ei: Dimitte
me, iam enim ascendit a-
urora. At ille respondit: Non
dimittam te nisi benedixeris
mihi. Et ait illi: Quo vo-
caris nomine? Respondit ei: Iacob.
Dixitque ei: Nequaquam vocaberis
ultra Iacob, sed Israel erit nomen
tuum. Per Iacob in hoc loco qui-
libet peccator et penitens de-
signatur. Per virum vero angelus cum
Iacob in figura domini luctabatur.
Et ille cum angelo significat
quod dominus dicit in evangelio:
Regnum celorum vim patitur
et violenti rapiunt illud.
Qui sunt autem violenti nisi
peccatores et penitentes, qui
cum videant se pro sceleribus suis
mortis perpetue esse reos, tamen
diu ianuam paradisi
precibus pulsant, usque dum
eis aditus regni celestis
aperiatur. Iacob quoque cum domino
luctabatur, qui quamvis peccator pro
timescens penas ignis eter-
ni tandiu in precibus persistit,
usque dum ei una divina suc-
currit, sicut sequentia mani-
festat. Qui cum videret quod
eum superare non posset, teti-
git nervum femoris eius et stati-
m emarcuit. Et quia libido

ex femore nascitur, per nervum
femoris voluptates carnales
intelligi possunt. Nervum
igitur femoris peccatoris dominus
tetigit, cum omnia desideria
carnalia, ex quibus peccata
crescunt, in eo extinguit. Quia
fieri non potest ut a peccatis
abstineamus, quamdiu in volup-
tatibus carnalibus resolu-
ti iaceamus. Dixitque ei an-
gelus, videlicet qui in persona
angeli dominus cum eo luctabatur:
Dimitte me, iam igitur
enim ascendit aurora. Ac si
dixisset: Desine iam peccati
more ignis eterni flere, quia
tranquillitas maioris expectanda
redit, que te in predicationibus
sancta demonstrat. Et quia
satis non prodest mala de-
serere, nisi et bona agere
studeamus, respondit: Dixitque
Iacob: Non dimittam te
nisi benedixeris mihi. Id est
a peccatis non cessabo nisi me
virtutibus ditaveris, ut qui
usque modo secundum carnem
vixi, amodo secundum spiritum
vivam. Dixitque ei: Quod est
nomen tuum? Respondit ei: Iacob.
Dixitque ei: Nequaquam vocabitur
ultra Iacob, sed Israel erit nomen
tuum. Id est non vocaberis ultra
supplantator viciorum, sed non
celestis vir videns deum

et qui ante flebas · ne
in infernum demergeris · ne
flebis · eo quod aliquo tempore
a visione dei omnipotentis
elongeris · dicens cum psal-
mista · Heu michi quia inco-
latus meus prolongatus est ·
Idem erat Iacob post luctam
quam angelo gessit · vno pe-
de claudicasse scribitur · Qui
non claudicat · super sanum
pedem totus innititur ·
alterum paulisper terram tan-
gens · Duo igitur pedes duorum
alimentorum genera designant ·
Sunt namque alimenta
corporis et anime · Alimenta
corporis sunt · cibi · potus · ve-
stimenta · Alimenta vero anime
sunt libri dei · opera bona · Hus
quisque qui vno pede paulisper
terram tangit · super alterum totus
innititur · quia ea que sunt
mundi · tamquam ad necessitatem corporis
sublevandas utitur · sicut dicit
apostolus Habentes autem victum et
vestitum · hiis contenti simus ·
Illa vero · que ad salutem anime
pertinent totus incumbit ·
ne aliquo tamen dei · que est
salus anime deveniet · Ad apertam
sancti sigilli demonstrandam pa-
tenam dissimulans diximus · nunc
ordine prosequamur · Sequitur
Audivi secundum animal dicens Veni
et vide · id est intellige spiritualiter
que apparuerunt post fractionem secundi

iusti · Et exivit alius rufus · et qui
sedebat super eum · datum est illi
ut sumeret pacem · de terra ·
et ut invicem se interficiant
Et datus est illi gladius
magnus · Per equum rufum · iusti
qui post diluvium · usque ad
legem fuerunt designantur
Et quia rufus color aureo
colori parum appropinquat · re-
cte ei si aureo colori sanguis
non admiscetur · non incongrue
sunt viri qui ante legem fue-
runt · huic colori comparantur ·
eo quod et sapientia claruerunt
que pannum significatur · et ipsi
in tentationibus adversis constantes
fuerunt · que per sanguinem significatur ·
Sessor vero equi deus est · qui
in sanctis suis habitat · Huic ses-
sori datum est · ut pacem sumeret
de terra · Cui pax bona a de-
terra quoniam assumpta est ·
Sed est pax mala · et est pax
bona · Pacem malam filii dei
ante diluvium cum filiabus hominum
habuerunt · qui filias eorum ac-
ceperunt · et suas eis dederunt
ideoque cum illis aquis diluvii
deleti sunt · Sed et filiis Israel
precepit dominus · ut fedus non
inirent cum chananeis · nec
filias eorum acciperent · nec suas
illis darent · Nam de pace
bona et mala psalmista
loquitur dicens · Cum electo electus
eris · et cum perverso perverteris

Nota pax

Hanc ergo pacem draco de terra
sumpsit. qui iniustos homines ab
iustis separavit. mente. non corpore
et ut invicem se interficiant. Ex
quibus pax ablata est. Con
sequens est ut alius ab alio
interficiatur. Nam sepe iusti in
iustos interficiunt. sicut Aran
frater abrahe. secundum tradicionem
iudeorum in igne caldeorum. eo
quod ignem adorare noluit nece
tus est. sicut abraham quatuor
reges in pietatibus cum suis
exercitibus interfecit. sicut filii
iacob omnes sichimitas interfe
cerunt. Per gladium autem magnum a
quas diluvii possumus accipe
re quibus omnis mundus deletus
est. Possumus et per gladium
magnum exterminium quinque
civitatum intelligere. quarum habi
tatores igne et sulphure pe
rierunt. cumque terra cum ipsis
abyssum demersa est. Et cum
3 aperuisset sigillum tertium. Sigil
li tertii apertio. ad legem et ad
eos qui sub lege erant pertinet.
Ad demonstrandam ergo tertii sigil
li apertionem. placuit ut pauca
demusse. et de his que in lege
mirabilia ad videndum
dicamus. In exodo scriptum est
Cum vero natus esset moy
ses absconditus mensibus
tribus a parentibus suis fuit.
Postea vero fecit ei mater
fiscellam scirpeam et liniuit
eam bitumine ac pice. et

posuit intus infantem. posuit
que in carecto ripe fluminis.
Moyses Christum figurat.
Menses autem tres quibus
absconditus est tria tempora
designant. Unum ante dilu
vium ab adam post diluvium
usque ad moysen. tertium a moy
se usque ad adventum domini. In
his tribus temporibus homini
bus adventus Christi secundum carnem
latuit. apertius tamen nobis
perductus est. Per fiscellam vero
scirpeam beata maria de
signata est. Mater ergo fiscel
lam scirpeam in qua moy
ses poneretur preparavit. quia
sapientia dei que est filius dei
beatam mariam virginem
elegit in qua ut homo cum
eius per virginitatem per se com
geret formaretur. Per bitumine
vero quod aquis dissolvi non
potest virginitatem beate
marie. que nullo esu corrum
pi violari potuit. possumus in
telligere. Per picem autem que
custos est vini. humilitatem
custodem ceterarum virtutum.
capia ipso loco. Carnea res pro
humilitatem ancille sue. certe
cum existit homo inducunt
omnes gradientes. Per flumen
vero mundus. Per carectum in quo
moyses positus est. iudei
designantur. Nam in scripturis
a paginone asilia per scriptoris
succinctus fuisse legitur.

Visio tercia

Eandem significacionem habere invenitur in hoc loco quod et papirus. Vel tamen attactu manus attrectancium violari solet. Ex papiro autem antiquitus libri conficiebantur. Per carectum quoque iudei designantur, qui per phariseos meditos vel spirituales qui velud corpus sanare cupiebant interfecerunt. Idem et per papirionem designantur eo quod in scripturis sibi a deo traditis gloriabantur, quas legebant et non custodiebant. Filia vero pharaonis, filia scilicet dyaboli, populus ex gentibus significant. Filia quoque pharaonis moysen a papirione sustulit, quia ecclesia de gentibus fidem Christi suscipiens eundem Christum a iudeis eadem nolentibus abstulit. Postea tamen idem moyses oves iethro cognati sui pasceret apparuit ei dominus in igne flamme rubi, et videbat quod rubus arderet et non combureretur. Possumus per rubum, qui flammas ex se producebat et non comburebatur, beatam mariam virginem intelligere, que filium dei ex sua carne protulit et virginitatem non amisit. Sed per ista que sunt premissa Christus est intelligendus. Christum enim secundum quod homo est flamma

necnon rubi, et cum divinitate significat rubus quod ardebat et non comburebatur, quia filius dei hominem assumens, sicut cum divinitas non est mutata in humanitatem ut amitteret quod erat, sic non cum humanitas per divinitatem ardens non est assumpta ita a divinitate ut amitteret humanitatem. Sed ex duabus substantiis humanitatis atque deitatis unus Christus permansit et permanet, sicut scriptum est: Perfectus deus, perfectus homo ex anima rationali et humana carne subsistens. Locutus est dominus ad moysen de medio flamme rubi: Ne appropies huc, solve calciamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas terra sancta est. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in egypto, et gemitum eius audivi et descendi liberare eum. Sed veni, mittam te ad pharaonem ut educas filios israel de terra egypti. Et post pauca. Dixitque moyses ad dominum: Quis ego sum ut vadam ad pharaonem et educam filios israel de egypto? In scripturis de filiis israel locutus ad dominum: Non audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi dominus. Et inspicere illa demonstrant moysen invitum domini obedisse mandatis ut educeret filios israel de terra egypti. Sed querendum nobis est cur timens invitum

preceptum invitus exsequ-
tus sit. Vera hanc cum per-
tinaciam spiritualiter intelli-
gere debemus. Dicit enim a-
postolus: Hec autem omnia in figura
contingebant illis. Scripta
sunt enim ad correptionem nostram,
in quos fines seculorum devene-
runt. Primissimi igitur illi hoc
loco apostoli designantur. In i-
nicio namque predicationis e-
vangelice apostoli scientes e-
lectionem gentium reprobationemque
iudeorum nolebant gentibus
doctrinam evangelii tradere.
ut de potestate dyaboli eruerent.
Unde et dominus in visione qua-
drupedum atque reptilium Pe-
trum cum gentes despiceret
reprehendit dicens: Que
deus purificavit, ne tu que
dixeris. Ad hunc igitur sensum
pertinet illud quod moysi
dominus dixit ad moysen. Ne
appropies huc. Solve calcia-
mentum de pedibus tuis.
Locus enim in quo stas terra sancta
est. Hoc si aliter comparatis
apostolis dominus dixisset: Cum
tu mortuos suscitabis. qui
umbra corporis tui egrotos
sanes in nullo tamen te vitio
parcere audias. quia magis
ipse agis non sed de te. sed
ego operor per te. Calciamen-
ta enim pedes muniunt
ne clavum tangant. Per clavum

Calciamentum

vero gentes designantur.
Solve inquid calciamentum
de pedibus tuis. id est cun-
ctas actiones et despectum gen-
tium de corde tuo. Locus enim in
quo stas terra sancta est. id est
mundus in quo stas. meo
sanguine redemptus est. Et
inscrutabilibus. Dixitque dominus
ad moysen. Quid est quod
tenes in manu. At ille dixit
Virga. Ait illi. Proice eam
in terram. Quia cum proiecisset
acutissima petram. circum-
cidit carnem preputii filii sui.
quia ecclesia carnens filios
suos nullomodo posse perfectam
consequi salutem. nisi omnia
desideria carnalia circum-
cipientibus conspirarent. Tu-
lit autem Sephora petra acutissima
et amputavit corporibus
filiorum suorum omnia incitamenta
vitiorum. In pedibus vero finis
est corporis. Sephora igitur
post circumcisionem pedes filii
sui tetigit. quia ille circum-
cisionem salutiferam percipit
qui in bono cepto opere
usque ad finem vite perseverat.
Postquam autem Sephora pe-
des filii sui tetigit. tunc
non filium sed sponsum vocat.
Sponsus vero ecclesie christus est
sed et ipsa cum sponsa vocatur
sicut dicit Johannes baptista
Qui habet sponsam. sponsus est.

Tercius

Visio tercia

Ecce et sponsum sanguinum
notat. quia per sanguinem re
dempta est. Filii ergo ecce
post maiorem temptationem
et in bonis iam confirmati
iam non filii sed sponsi notantur
quia isti coniuncti sunt intellectus
propinquitatem membrorum. Et
sponsus ecce intra notatur
et est. Et quia non possumus
omnia que prenominata gesta
sunt commemorare pauca
describamus que post egressionem
israhelitici populi ex egypto
ab eis gesta sunt ponimus.
Filii igitur israel ut pharaonem
et egyptios evaderent per me
dium sicci maris transierunt
et aque eis erant quasi pro
muro a dextris et a sinistris.
Similiter et nos fidelibus venientibus ut
dyabolum omnesque eius satellites
evaderent. per aquam baptismi
transierunt. Et aque eis e
rant pro muro a dextris et a
sinistris. id est qui ante e
rant filii dyaboli. ex aqua
et spiritu sancto qui per columpnam
ignis designabatur renati
filii dei effecti sunt. Aqua ergo
maris filios israel salvavit
pharaonem vero cum omnibus
satellitibus suis necavit. Ex
aqua baptismatis ymaginem
dei salvavit peccata quibus
facti erant extinxit. Dyabolus

erant vitiumque extinguitur.
qui ei fidelis cum omnibus pom
pis eius abrenuntiat. Aque
vero que pro muro erant a dex
tris et a sinistris fidem desig
nabant munimenque in baptismate
accepimus. que munitos nos
ex utraque parte defendat nos
et a visibilibus hostibus et
invisibilibus. Post transitum
maris rubri venerunt in marath.
ubi aquas amaras invenerunt
quas bibere non poterant. Et
ostendit dominus moysi lignum.
Quod cum misisset in aquas in
dulcedinem verse sunt. Per aquas
amaras lex moysi designatur.
Per lignum autem passionem christi
eo quod in ligno crucis comple
ta sunt debemus intelligere.
Populus igitur ex egypto egres
sus aquas amaras invenit.
quia legem accepit. quam
implere non potuerunt. Sed
gentibus ad fidem christi venien
tibus amaritudo legis per pa
ssionem et resurrectionem christi in
dulcedinem versa est. quia
ab eis spiritualiter non carnaliter
intellecta est. Illud etiam
quod in helym. xii. fontes re
pererunt. castra metati sunt
iuxta aquas. eandem signi
ficationem habet. Per aquas namque
xii fontium doctrina apo
stolorum designatur que duo
decim fontibus id est

adduodecim apostolis per universum orbem emanavit. Per septuaginta autem palmas vetus testamentum designatur. eo quod per interpretationem septuaginta interpretum adnotitiam gentium usque pervenerit. Hiis in exemplo minus intimisse. pauca de hiis que in lege irrationabilia esse videntur dicamus. Precepit dominus filiis israel. Non coquetis hedum in lacte matris sue. Et iterum. Non arabitis simul in bove et asino. et non induatis vestem que ex lana linoque contexta est. Quid enim prestat quis. si hedum in lacte matris coquatur. Aut quid agricola delinquit. si cum bobus et asinis terram nomine sulcat. Aut quid offendit aliquis si vestem ex lana linoque contexta induatur. Sed spiritualiter hec omnia intelligenda sunt. Per hedum namque unusquisque peccator designatur. Mater autem nostra communi parentes sunt. ex quibus omnes procreati sumus. Lac vero matris vicia sunt. que de originali peccato processerunt. Nisi enim originale peccatum fuisset nimium nullum esset. De hoc matris lacte psalmista loquitur dicens. Ecce in iniquitatibus conceptus sum. et in delictis peperit me mater mea. Hedus igitur in lacte

matris coquitur. dum quilibet peccator igne viciorum usque ad diem mortis sue consumitur. Precepit ergo dominus ne coquatur hedus in lacte matris sue. id est ut peccator non finaliter usque ad diem mortis sue in peccatis permaneat. sed ante diem mortis sue ad bona opera agenda revertatur ne pereat. Non arabitis simul in bove et asino. Per bovem apostolos ceterosque predicatores. per asinum populum iudeorum possumus intelligere. Scimus vero qui secundum traditionem suam semet ipsos in bonis operibus exercent. In bove igitur simul et asino arat. quicunque tradiciones iudeorum doctrinis apostolorum simul sociare nititur. Hanc doctrinam quam paulus apostolus galathas revocare studuit cum diceret. O insensati galathe quis vos fascinavit veritati non obedire. Dico enim vobis. quia si circumcidamini. Christus vobis nichil proderit. Possumus etiam per bovem quemlibet sapientem predicatorem. per asinum vero stultum intelligere. Precepit ergo ut non arent simul in bove et asino. id est ut non copuletur stultus sapienti in predicationis officio. Hoc autem quod dicit non induatis vestes ex lana

linorum corporis. Sed superio-
res possumus intelligere
Per lanam vero que vestis est
brutorum doctrina apostolorum, per
linum vero quod ex terra oritur
doctrina iudeorum passim possu-
mus intelligere. Vestem igitur
induimus cum nos metipsos
bonis operibus erudiamus.
Qui lana namque linoque con-
textis utitur vestibus, qui
cum tradicionibus apostolorum et-
iam tradiciones iudeorum
vult observare. Precepit enim
dominus Moysi ut si quis le-
prosus mundatus esset veniret
ad sacerdotem et offerret duos
passeres sacerdoti. Ex quibus
ille unum immolans decurrere
faceret sanguinem eius in aquis
viventibus. et intingens
passerem vivum in aquas in
quibus sanguinem immolati
passeris decurrere fecerat.
cum ligno cedrino lana
coccinea et ysopo aspergeret
septies leprosum. Et sic rite
mundaretur. Per sacerdotem
Christus intelligitur. Duos vero pa-
sseres duorum testamentorum
doctores intelliguntur. Per
aquas autem viventes pre-
cepta evangelii. Qui credit
in me sicut dicit scriptura
flumina de ventre eius fluent
aque vive. aquas viventes
vocamus eo quod vitam eternam
prestant facientibus ea
Per passerem igitur immolatum

sicut diximus doctores iudeorum
sacerdotes videlicet scribe et phari-
sei designantur. Sanguis
vero qui intra passerem consistebat
spiritualis est intelligentia que
in observationibus iudeorum late-
bat. Et sicut passer sine sangui-
ne mortuus efficitur, ita et ille
observationes iudeorum si spiritualis
intelligentia defuisset vane
esse videntur. Postquam autem
sanguis passeris effusus est atque
in aquis vivis decurrit passer
mortuus est. quia postquam
spiritualis intelligentia que in
observationibus latebat iudeorum
passione domini nostri Ihesu Christi ma-
nifestata est. Carnales observa-
tiones legales [illegible] perierunt
Sed et ipsi qui propter custodiam legis
fidem Christi spreverunt. sed et eternaliter
mortui sunt. Sanguis igitur
passeris aquis viventibus
admixtus est. quia omnis
scriptura que ad veteris testamenti
pertinet exemplis novi testamenti
spiritualis intellectus repletur.
Per lignum vero cedrinum Pater.
per ysopum filius per lanam
autem coccineam que ignis
fulgorem habet spiritus sanctus desi-
gnatur. His vivus qui rite
volebat mundari aspergebatur.
quia nullus quidem aqua
baptismatis a lepra peccatorum
mundari potest nisi sub invo-
catione patris et filii et spiritus
sancti. Ex [illegible] [illegible]

designatur. cum passer vivus
quartus admergitur. Per passerem
autem vivum predicatores novi te-
stamenti designatos fuisse diximus.
Sacerdotes quoque ligno cedrino
cocco ysopo passerem vivum ad-
mergebat. quia deus noster ihesus
christus invocationi patris et filii
et spiritus sancti admergit nostrum
sacerdotum nostrorum operibus unius
que perfectionem designamus in-
peccatorum invocationem et penitentiam
lapsus abluit. Quia in passerem
aquis viventibus intingi
iubetur. Quia qui alios do-
cet divinis scripturis doctum
esse oportet. Nam si cecus ceco
ducatum prestat ambo in fo-
veam cadunt. Quia leprosus
septies aspergi precipitur. quia
nullus mundicia sine donis
spiritus sancti perfecta esse potest.
Quia nec cum sine timore dei sine
pietate ceterisque virtutibus sal-
vus esse potest. Quia vivificatis
in predicationibus fidei quasi
vive debeat secundum mandata
dei docet. septies aqua viva
aspergitur. Post emundationem vero
leprosi. passer vivus in agro
avolare sinebatur. quia predi-
catores sancti post completum
officium predicationis sue in agro
celestis patrie avolare merentur.
In alio quoque loco scriptum est
quia precepit deus moysi. ut
offerrent filii israel sacerdoti

caprum emissarium. ponet-
que sacerdos manus super
caput eius. et confitebitur
super eum peccata filiorum israel et
mittet eum per hominem paratum
in desertum. ut portaret peccata
filiorum israel in desertum. Ille autem
qui caprum emissarium in de-
sertum ducebat. non permittebatur
in castra ingredi. nisi prius
lavaret vestimenta sua. Quid
significationem habet sacerdos.
quem et caper emissarius.
Significabat eum dominum nostrum
ihesum christum. Sacerdos qui super
caput emissarii peccata filiorum
israel confessus est. quia sic
de peccatis generis humani. suo
sanguine quem assumpsit passus
ut peccatis ipse moreretur. Per desertum
vero nunc habitationem demonum
deliciosi portenduntur. quorum
designatur. cunctis retibus vel
habitabilis. Hominem quoque habe-
paratus caprum emissarium in
desertum quia iudei. qui ad
hoc sceleris perveniendum per-
sisti fuerunt. dominum nostrum
ihesum christum crucifixerunt. Illi
autem qui caprum emissarium
in desertum duxerant preceptum
est ut lavaret vestimenta sua et
sic ingrederetur in castra. quia
iudei interfectores christi in
castra ecclesie ingredi non
poterant nisi prius aqua bap-

abluerunt. Et in deuteronomio
mio precepit moyses filiis
israel. Si transiens per agrum
et inveneris avem incubantem
super pullos suos. ne teneas
avem cum pullis suis. sed di-
mitte avolare avem. iam
pullos captos tenens filios
ut longo vivas tempore
intra. quos dominus deus tuus de-
derit tibi. Utraque dimis-
sio animale dicens aliquem
angelus portat. Sed spiritualiter
intelligendum est. Nam
unaqueque anima designatur
per pullos autem eius bona o-
pera intelliguntur. Ita sicut
avis pullos suos sub alas
congregat. ut eos fovendo
nutriat. ita unaqueque
sancta anima opera sua intra cordis
secreta recondit. et ea
semper augendo multiplicat
et nutrit. ut operis mercede
plenissima recipiat. Avem
itaque cum pullis suis tene-
mus. cum aliquem iustum
perfectum bonis operibus abundantem
amplectimur. Avem in agro
avolare permittimus. cum eam
quem diligebamus per mortem
ad celestia regna transire
dimisse gaudemus. Filios
vero captos tenemus. si eius
bona opera in mente tenemus
retinemus. atque in corde imi-
tatione perficimus. et in liber [?]

longitudine vite nobis acqui-
rimus. que non nisi in celesti bea-
titudine constituta datur. De
apertione tertii sigilli. Pauca
de multis diximus. nunc ordi-
nem prosequamur. Et audivi
tertium animal dicens. Veni et vide
id est intellige spiritualiter secretum [?]
legis. Et ecce equus niger
et qui sedebat super eum habe-
bat stateram in manu sua. Per
equum nigrum doctrinas legis
pessimum intellige. Nigredo
eius aperte sine obscuritatem legis
sine duriciam designat. Ita
et moyses velamen habebat
super faciem suam. eo quod sple-
ndor vultus eius. id est spiritualis
intelligentia in lege aliquibus
oculis non posset videri. Sessor
autem equi. deus est. Qui stateram
cum iudiciis legis demon-
strat ut est illud Animam
pro anima oculum pro oculo. den-
tem pro dente. pedem pro pede
et qualem inflixerit quis ma-
culam. talem et sustinere co-
gitur. Et audivi vocem in medio
quatuor animalium dicentem. Potest
per eorum que facta est in medio
illorum animalium vox esse accipi-
endum vocem implorantis. Bilibres
tritici denario. et tres bilibres
ordei denario. et vinum et ole-
um ne leseris. Magna sunt que
profert et valde obscura. Per
triticum quoque panis optimus consistat. q[uod] e[st] triticum

divinam scripturam possimus accipere. que animarum panis est. Due vero libre tritici duo testamenta designant. in quibus divina scriptura dividitur. Ex his duabus libris tritici magnam ciborum copiam nobis sancti predicatores preparant. qui cum multiplicant composuerunt. Denarius autem deum designat. Hinc ergo libre tritici denario copulantur. quia que sancta scriptura loquitur ad unum dei omnipotentiam magnitudine. bonitate. atque sempiternitatem pertinet. Cum itaque bonum erga proximos agimus de illo est non de nobis. Per asperitatem vero ordei opera sanctorum designantur. Nunc aspera quisque videtur portare. sed spes ea suavia facit. sicut dominus dicit Iugum enim meum suave est. Tres autem bilibre ordei sunt sex. Non enim incongrue vero per senarium numerum qui perfectus est opera sanctorum designantur. quia perfectio sanctorum bonis operibus accrescit. Tres bilibre igitur ordei denario coniunguntur. quia quicquid boni electi in hoc seculo operantur quidque adversi patiuntur pariter unius dei omnipotentis agunt et patiuntur. Aliter quia per Christum qui plenitudo legis factus est designant. perfectionem cum ipse dicatur legis. prostrationem vero equitatis videlicet cum

Consequens est ut per binas libras tritici et per tres bilibras ordei veteris testamenti intelligamus. Per binas ergo libras tritici duo precepta caritatis. que in lege et prophetis specialiter commendantur designantur. sicut dominus dicit in evangelio. In his duobus mandatis tota lex pendet et prophete. Et per tres bilibras ordei veteris testamenti possumus accipere. eo quod in tres partes ab hebreis dividitur. in legem. in prophetas. in agiografa. Nec incongrue vero per ordeum. quod asperitatem habet cortice. vetus testamentum designatur propter asperitatem videlicet preceptorum legalium. Nam sicut ordei infra asperitatem corticis sui medulla continetur. ex qua panis conficitur. ita et infra litteram veteris testamenti spiritalis intelligentia continetur. ex qua a magistris ecclesie panis doctrine spiritalis conficitur. ad nutrimenta fidelium proficiens. Perhibet enim apostolus Paulus quia nullum ad perfectum perduxit lex. Nullum scilicet eorum qui eam carnaliter intelligunt et operantur ad perfectionis culmen sine dubio erigit. Tres ergo libre ordei duplicantur

duplicantur. ut ad seruanni
qui prefectus est mis preui
cauit tu ueteris testamenti
ad doctoribus ecclesie primo
hystorialiter. postea spiritualiter
intelligitur. cuius spiritualis
intelligentia operibus impletur
Per denarium autem etiam uita
designatur. sicut dominus dicit
in euangelio. Petit igitur cena
dum et dicit Bilibris tri
tici denario et tres bilibres
ordei denario. id est sicut
duo precepta caritatis. scilicet
doctrina legis atque prophetarum
patribus veteris testamenti
similiter et eis qui ueterum
testamenti spiritualiter intelligunt
et operantur. id est fidelibus
ecclesie denarium uite eterne
dignare largiri. Per austi
tatem uero vini actiuam
uitam pinguedine olei
contemplatiuam possumus
accipere Et quod dicit Vinum
et oleum ne leseris. tale
est ac si dicat Eos qui
actiue uite operi siue con
templatiue semper student
uit ne leseris. cum aduen
tum ueniens apparuit. Et
cum aperuisset sigillum quartum
Apertio quarti sigilli ad p
[illegible] pertinet. qui aduentum
Christi. passionem et resurrec
tionem eius. notauerunt cum ge

tur. et apto sermone. et spiritua
libus figuris predixerunt Sal
uator igitur noster. quartum
sigillum aperuit. qui intelli
gentiam prophetarum doctoribus
ecclesie tribuit Et de eis prophetis
non est nobis necesse quicquam
dicere. eo quod ab eisdem doc
toribus exposita sunt. Et
quia non solum que a prophetis
scripta sunt. sed eciam que
ab eis gesta sunt spiritualem habent
intelligentiam. Pauca de
hiis que per dauid heliam et
heliseum gesta sunt dicamus
In primo regum volumine scriptum
est. quia cum dauid uellet
pergere ad pugnam contra phi
listeum. dicit ad saul. Pa
scebat seruus tuus gregem
patris sui. et ueniebat leo
uel ursus. tollebatque arie
tem de medio gregis. et in
sequebar percutiebamque eum.
eruebamque de ore eius Et
illi consurgebant aduersum me
et apprehendebam mentum
eorum et suffocabam. Interfi
ciebam eos Nam et leonem
et ursum interfeci ego seruus
tuus Dauid Christum significat. dauid
Per leonem autem et ursum
persecutores ecclesie designantur
Per leonem imperatores gen
tium principes terre. per ursum
iudei designati sunt qui

ecclesiam persecuti sunt. Pante-
rem uero martires designant.
Leo igitur et ursus uenerunt atque
arietem de medio gregis abstu-
lerunt. quia persecutores quos-
dam de ecclesia fideles tulerunt.
atque protinus homine interfe-
cerunt. Et sicut dauid leonem
et ursum insecutus est et per-
cussit. atque arietem de ore
eorum liberauit. similiter et re-
demptor noster quosdam ex
persecutoribus persecutus est.
qui eis penam quam merebantur
in presenti seculo irrogauit. sic
primo herodi. et iudeis secundo et
tercio et multis aliis. Percus-
sit quippe. qui eos etiam mor-
te dampnauit. Arietem
de ore eorum eripuit. quia
plerumque fideles ab eorum dilaniatione
tunc liberauit. Et illi iterum
consurgebant aduersum dauid.
quia temporibus persecutorum. cum
alii perierunt alii contra christum
surgebant. ut eius nomen
atque cultum funditus ex-
tinguerent. Sed dauid ap-
prehendebat mentum eorum et
suffocabat. interficiebatque
eos. Per mentum quod ori est
propinquum blasphemie iudeorum
atque paganorum designantur.
Christus mentum persecutorum ap-
prehendit et suffocauit. interfecit-
que eos. qui imperatoribus in

christum credentibus omnis cul-
tura et error gentilium ita
suffocatus est. ut nullus
persecutorum auderet eos ad
blasphemandum christum ca-
pere. omnesque extincti sunt
credentibus in christum gentibus.
Pariter autem dauid. cum ad
bellum contra philisteum iret.
baculum suum tulit secum
quem semper habebat in
manibus. elegitque sibi
quinque limpidissimos lapi-
des de torrente. et misit
eos in peram quam habebat
secum. Et fundam manu
tulit. et processit contra phi-
listeum. Per baculum quo
homo sustentatur. apostoli
designantur. qui christum pre-
sustinuerunt. cum opus propter
quod in mundum uenerat
compleuit. sicut dicit
apostolus paulus. Dei enim
sumus adiutores. Per peram
autem eius humilitas designatur.
et per quinque lapides quinque
libri moysi. Quos in
peram misit. quia scientiam
quinque librorum homini quem
assumpserat dedit. per quem
auctoris linguam accipere
possumus. Processio uero
dauid contra philisteum
duobus modis secundum alle-
goriam intelligi potest

Pressit namque eum phili-
steum salvator noster quando
ductus est in desertum a spiritu
sancto ut temptaretur a dyabolo
ieiunaretque dyabolum. Quinque
lapides david in pera misit,
sed uno goliam prostravit. Et
salvator noster sciens quinque
librorum capitalium possedit.
Sed quinto id est deuthero-
nomio tria testimonia
sumpsit, ex quibus tres temp-
tationes dyaboli devicit. Et
sicut david funda lapidem
iecit et goliam interfecit,
ita et deus noster lingua sa-
cre scripture testimonia protulit
et dyabolum superavit. Aliter.
Processit david ad pugna-
tionem philisteum, similiter
et christus ut dyabolum vinceret
ad passionem processit. David
goliam lapide deiecit, si-
militer et christus dyabolum humili-
tate sua perimit. Cumque gla-
dium non haberet in manu
david, tulit gladium phi-
listei et interfecit eum
gladio suo, precidit que ca-
pud. Gladius dyaboli mors de gladio dyaboli
est. Invidia enim dyaboli mors
introivit in orbem terrarum.
Iste est gladius de quo
primum hominem dyabolus
et genus humanum usque ad
christo redemptore interfecerat.

Hunc gladium moriendo dominus pre-
ripuit. Sed hunc gladium christus
non habebat, quia peccatum non fe-
cit nec inventus est dolus
in ore eius. Originali quoque
peccato obnoxius non erat, quia
ex concubitu viri, qui sine
peccato esse non potest, non fuerat
ortus christus. Tamen qui mor-
tem non habebat ex debito
a dyabolo qui auctor eius erat
mortem instravit, ipsam
eandem propriam interfecerat.
Et capud autem philistei ierusalem
humani calvarie loco designat.
Precidit david capud phi-
listei, quia christus caput
dyaboli, elatum altitudinem
separavit. Detulit illud in
ierusalem, quia altitudinem
electorum in celesti altitudine
que ierusalem vocatur collocavit.
De helya vero et helizeo quo-
rum corpora sua plena sunt spiritua-
libus sensibus, et temporibus Iheremie
que adhuc in ... helyas
commemorata est. Nam cum
venisset deus in Nazareth,
dixerunt ei cives eius:
Quanta audivimus facta
in Capharnaum, fac et hic
in patria tua. Dixitque eis:
Amen dico vobis, quia
multe vidue erant in diebus
helye in israel, quando clausum est
celum, et ad nullam illarum
missus est helyas nisi in

sarepta sidonie ad mulierem
viduam. Et multi leprosi erant
in diebus helizei in israel et
nemo eorum mundatus est nisi
naaman sirus. In regum
volumine scriptum est quia
cum non recepisset achab rex helyam
prophetam qui precipiente domino abiit
in desertum et sedit iuxta torren-
tem carith. Corvi quoque deferebant
ei panes et carnes mane
et panes et carnes vespere
et bibebat de torrente. Helyas
christum significabat. Per torrentem
autem carith legem debemus
intelligere. Carith interpretatur
mendacium. non quod lex men-
dacium sit. Solent namque
prudentes proponere auditoribus
suis parabolas ut aperiant in-
telligantur ea que dicere volunt.
et introducunt bestias et aves
loquentes. Ita si sola verba pa-
rabolarum attendas mendacium
esse perspicies. Sin vero per sp-
ritum veritatem probabis. Similiter
et quedam precepta legalia
si litteram tantum attendas inutilia
tibi videbuntur. Si spiritalem
intelligentiam veritas tibi
magna in littera refulget.
Mendacia igitur precepta legalia
iudeis mendacium sunt. quia
ea carnaliter intelligunt non
autem vitabis. quia ea spiritaliter
intelligere nequeunt. Per corvos
vero iudeorum sacerdotes intelli-

guntur designantur. velamine
cordium suorum tenebrosi. Per
carnes vero sacrificia. que
mane et vespere offerebantur.
Per panes autem panes propositio-
nis demonstrant qui assi-
due in conspectu domini pone-
bantur. Bibebat cum de tor-
rente. quia in observatio-
nibus legalibus christus de-
lectabatur. Post dies autem
multos siccatus est torrens
quia veniente christo in
carne et evangelium predicante
observatio legalis cessavit
atque alio tempore necessaria
fuit sicut dominus dicit. Lex
et prophete usque ad iohannem.
Et iterum ad israel per prophetam.
Ne offeratis ultra sacri-
ficium frustra. incensum
abhominatio est michi.
Neomenias et sabbata
vestra non feram. iniqui sunt
cetus vestri. Et dixit dominus
ad heliam. Vade in sarepta
sidoniorum. et manebis ibi.
precepi enim mulieri vidue
ibi ut pascat te. Et ...
resurgens abiit in sarepta.
Helyas in sarepta abiit quia
iudeis perfidis christus relin-
quens per apostolos transivit ad
gentes. Sarepta vero suc-
censa interpretatur. vel an-
gustia panis. Gentiles
quippe qui erant ignitis
diaboli. et qui per sarepta

designatur. igne incensi succensi erant. De hoc igne scriptura dicit: Omnes vos accendentes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri et in flammis quas succendistis vobis. Illi namque flammis accincti sunt, qui igne vitiorum undique uruntur. Sarepta angustia panis vocatur, quia intellectus eorum semper praedicatorum ad eos numquam accessit, qui pabulum verbi dei eis impertiret. Cumque venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna. Eandem significationem habet quam et civitas. Dicitur cum ceteris congregationibus congregata. Vidua quoque est, quia diu viro suo petitus sine exigentibus praedicatoribus. Et vocavit eam dixitque ei: Affer mihi paululum aquae in vase ut bibam. Cumque ista pergeret ut adimpleret in pueritiam. Possumus namque per paululum aquae quod animum sitientis refrigerat voluntatem audiendi intellegere, quia sicut sitientis linguam aqua refrigerat, ita praedicatorum mentes promptus animus auditorum. Cumque illa pergeret ut afferret, clamavit post tergum eius dicens:

Affer mihi et buccellam panis in manu tua. Clamat post tergum vocatis est quod ignorantium. Helias quoque post tergum mulieris clamavit, quia praedicatores sancti gentibus diu quae ignorabant praedicaverunt. Unde et per buccellam panis initia fidei possumus intellegere. Et quia illi competenter ad fidem veniunt qui student peccata sua confiteri, recte subditur: Dixitque mulier: Vivit dominus deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum potest pugillus capere farinae in hydria et paululum olei in lechito. Lechitus vas erat in quo oleum servabatur. Possumus vero per farinam veritatis, per oleum autem operum intellegere. Gentiles quoque simplices agnoscentes se gravari errare confitebantur nihil habuisse etc. nisi tantum panem veritatis et parum operum videtur. Gentiles namque parum veri habebant, quia ex parte venerabiles erant cum irrationabilibus, quod dicebant ligno aut lapidi: deus meus es tu. Habebant et panem, quia ipsa natura saepe eos ad hoc impellebat ut miseris subvenirent. Per vasa quoque in quibus farina et oleum continebantur, corpora designantur. En colligo duo ligna, ut ingrediar et faciam mihi et filio meo ut comedamus

et moveam. Ligna que in cote
colliguntur in extra nullius utilitatis ha-
bent nisi ut comburantur.
Aliter ligna duo colligebat
quia gentilis populus ex doctrina
philozophorum atque poetarum di-
versos errores colligebat
pro quibus perpetuo incendio tra-
deretur. Sed quid est quod dicit
ut comedamus et moriamur
Nos enim ideo comedimus ut
vitam in corpore foveamus. Hec
autem ideo dicit se comedere
ut moriatur. quia doctrina
gentilium mortem magis in-
ferre quam vitam noverat. Ad quam
Helyas inquit Vade et fac
sicut dixisti. Verumtamen mihi
fac de ipsa farinula subcine-
ricium panem parvulum et affer
ad me. Tibi autem et filio tuo
facies postea. Per panem fides
panem vero penitencia as-
signatur. Sicut dicit beatus Iob
ad dominum Idcirco me reprehendo
et ago penitenciam in favilla
et cinere. Panis igitur cineri-
cius est quilibet infidelis
ad fidem veniens prius studet
deflere mala que fecit ut tu
veniens ad fidem Christi per-
cipienda que in baptismate
te datur accedat. Helyas ita-
que precepit mulieri ut ex fa-
rina panem faceret. sibique de-
ferret. quia predicatores sancti
gentes hortabantur ut ex pro-
priis bonis quod adeo prepa-
rant cibum fidei deo proferrent

sibique deferrent. Fides namque
unicuiusque ad baptismum
veniens predicatori deferi-
tur ad inquisitionem sacerdotis
qualiter credat confitetur.
Helias panem quem mulier
fecit comedit. quia professionem
filiorum venientes est predicatorum
examinare. Helias. mulieri precepit
ut sibi primum. postea sibi
et filio suo panem pararet.
quia confessio credentis predica-
tori primo impenditur. postea
vero consensus panem sibi pre-
parat. cum in ipsius operibus
semetipsum exercens ut sibi
celestis patrie fiat obtinet
Quod autem dicit Helias Ydri-
a farine non deficiet et
lecithus olei minuetur
usque in diem in qua daturus
est dominus pluviam super terram.
Illud significat quod fides
ab electorum cordibus bona-
que opera non deficient usque
dum dominus ad iudicium cum omnibus
sanctis veniat. Omnis hec 4 reg
et elizeus Christum significabat
Naaman vero populum gentium
Multi leprosi erant in Israel
et nemo eorum mundatus est
nisi Naaman Syrus. quia
veniente Christo in carne et
iudei et gentes lepra peccatorum
maculati erant. Sed iudeis
in iniquitate sua permanentibus
gentes a lepra peccatorum suorum
mundate sunt. Precepit quoque
Helizeus Naaman dicens

Vade et lavare septies in Iordane. et recipiet sanitatem caro tua atque mundaberis. Abiit et lavit in Iordane septies. Restituta est caro eius sicut caro pueri parvuli. et mundatus est a lepra. Aqua Iordanis baptismum signabat. eo quod in ea Christus baptizatus est. Naaman aquis Iordanis ablutus est et a lepra mundatus. quia populus gentium sacri baptismatis aqua a lepra peccatorum suorum est expurgatus. Septena vero lavatio septiformis spiritus sancti figuravit. per quem separatim(?) remissio peccatorum in baptismo datur. Quia sicut corpus visibiliter aquis baptismatis. ita animam invisibiliter operatione spiritus sancti apertis omnibus emundat. Giezi qui pretium sanitatis a Naaman recepit lepram eius hereditavit. eos designat qui doctrinam sue predicationis hominibus vendunt. quos dominus in evangelio non pastores sed mercenarios vocat. Helizeus igitur sanitatem contulit et Giezi pretium accepit. quia illi eis quos dominus vera(?) salvat. pueri si doctores pretium sanitatis exigunt. et ideo heredes lepre eius efficiuntur quia in malis que isti per gratiam dei contempserunt permanentes dampnatorum

sibi perpetuam acquirunt. De apertionibus quattuor sigillorum que ad vetus testamentum pertinent tertium est. Pauca de multis diximus ut demonstraremus nichil aliud ex sigillorum apertionem nisi decem preceptorum spiritualem sensum in veteri testamento. que nobis per Christum factum est apertum. Et ecce equus pallidus. et qui sedebat super eum nomen illi mors. et infernus sequebatur eum. Videtur hec que de apertione quarto dicuntur ad antichristum pertinere. Sed quia superiores tres apertiones in bonam partem interpretati sumus. ut conveniant cum apertionibus decem sigillorum ordinis ratio cogit ut et istud in bonam intelligamus. quatinus concordet cum apertione quarti sigilli quod ad prophetas pertinere monstravimus. Equus pallidus prophetas significat. Pallor vero diversis modis accidit hominibus. aliquis namque pavore. aliquis labore. aliquis morte. totum corpus occupante vel aliis modis pallescere homines contingit. prophete itaque qui populo peccanti predicabant. quod in rapinam et gladium traderentur darent(?). non inconvenienter colore pallidum habuisse dicuntur. Sessor autem equi dominus est qui in prophetis suis inhabitavit. Sed valde durum videtur quod nomen mortis habuisse dicatur. Ipse enim vita est omnium creaturarum suarum.

Pallor multipliciter accidit

sicut ipse dicit Ego sum vita
Quia si diligenter scripturas divi
nas inspexerimus invenimus
dominum nostrum etiam mortem
vocari Nam sicut vita est
omnium electorum quibus cottidie
vitam eternam largitur ita et
mors dici potest reproborum
quos pro sceleribus suis cotti
die morti tradit perpetue
Ipse enim habet potestatem animam
et corpus perdere in gehenna
Nomen igitur mortis habu
isse dicitur Christus in afflictione populo
peccanti mortem intulit sicut
in cantico deuteronomii ipse
manifeste demonstrat cum dicit
Ignis succensus est in furore
meo et ardebit usque ad in
ferni novissima devorabitque
terram cum germine suo et
montium fundamenta com
buret Congregabo super eos
mala et sagittas meas com
plebo in eis Consumentur
fame et devorabunt eos
aves morsu amarissimo
Dentes bestiarum immittam
in eos cum furore trahentium
super terram atque serpentium
Foris vastabit eos gladius
et intus pavor et reliqua
Hunc ergo infernus seque
batur quia omnes qui contempna
tores prophetiarum quas ex ore
domini protulerunt contempserunt
infernus absorbuit Unde
et sequitur Et data est ei
potestas in quatuor partes terre

occidere in gladio in fame
et morte et bestiis terre
consumpti sunt Libri
prophetarum atque regum hoc
aperte demonstrant Sciendum
vero nobis est cur apertio
quatuor sigillorum ad vetus
testamentum tantum non ad
novum pertineat Quatuor
namque sunt elementa quibus
solum corpus subsistimus
Vetus igitur testamentum
in quaternario numero non
inconvenienter ponitur quia
lex moysi nichil aliud
populo hebraico nisi ea que
ad quatuor elementa pertinet
repromittit Novum vero testa
mentum in ternario numero
ponitur quia fides sancte
trinitatis sine qua salvi
esse non possumus in eo
specialiter commendatur
Et cum aperuisset sigillum
quintum Et in sigilli apertione
sexti et septimi sicut diximus
ad apertionem novi testamenti
pertinet Et quamvis novi
testamenti apertio sit veteris te
stamenti tamen multa in eo
obscure ponuntur que necesse
est ut exponantur Quintum
igitur sigillum sextum et septimum
salvator aperuit qui ea que per
parabolas ipse locutus est
et que signaliter gessit
doctoribus ecclesie patefecit
Sed de expositione novi testamenti

non est nobis necesse quintum
dicere. cum quod ceteris prius in-
tulerit. et multiplicatur sit
oppositum. Quintum itaque sigil-
li apertio adventus pertinet.
Quintum sigillum Christus aperuit.
qui ea que per parabolas et
quasdam figuras de persecutione
martirum. et glorificatione
corporum dixit. doctoribus ecclesie
manifestavit. Aperuit et
iam quintum sigillum. qui civibus
celestium gloriam quam promise-
rat contulit. et eorum fidem
apud homines clarificat.
Vidi sub altare dei animas in-
terfectorum propter verbum dei et
testimonium Ihesu quod habebant.
Altare dei Christus est. Anime
igitur sanctorum sub altare dei re-
quiescunt. quia sicut ca-
piti supposita sunt membra
eique coherent. ita et anime
sanctorum in celesti gloria constitute
Christo salvatori subiecte sunt.
eique pro meritorum membrorum
nectuntur. Et clamabant
voce magna dicentes.
Usquequo domine sanctus et verus non
iudicas et vindicas sanguinem
nostrum de hiis qui habitant in
terra. Cum scriptura precipiat
malum pro malo non reddere.
Et dominus dicat in ewangelio
Diligite inimicos vestros. bene-
facite hiis qui oderunt vos.
Quid est quod sancti in

celestibus constituti ulcionem
de inimicis suis appetunt. Sci-
endum sanctos dei diem ulcionum
desiderare. in quo et corpora et
mercedem plenam laborum
suorum adhuc percipient. Nam
hunc diem dominus desiderandum
esse discipulis suis manifestavit.
cum signa diei iudicii predixit
dicens. Cum autem videritis hec
fieri. respicite et levate ca-
pita vestra. quoniam appropinquat re-
dempcio vestra. Et in oratione
dominica assidue petimus. ut
adveniat regnum dei. Quoniam
quia sanctorum resurrectio atque
glorificatio in die iudicii
fiet. et dies iudicii dampnacio
erit impiorum. sancti ulcionem dei
de inimicis suis postulant. qui
petunt ut dies domini veniat.
quia eo die dampnatione perpetua
dampnabuntur. Sed hic questio
oritur. cum sancti diem domini deside-
rent. cum propheta dicat. Ve
desiderantibus diem domini. Sancti
namque diem domini dampnationem
iniquorum sicut iam diximus.
Et quid necesse fuit prophete dicere
ve desiderantibus diem domini
cum nullus ipsius repperiatur
qui aut metu suorum aut
die domini desideret. cum quod dam-
pnari in ea metuunt. Et quia
verum est quod propheta dicit investi-
gandum nobis est quid
significet. Dampnatio namque
impiorum est dies iudicii.

sunt petita. Cum autem ergo cum
scorto coire desiderat. damp(n)a(cionem)
suam desiderat. Igitur quia dap
nacio corporum erit dies iudi
cij. quicumque cum scelere commit
tere desiderat. pro quibus in die
iudicij dampnabitur. dictum
diem id est dampnacionis desi
derat. Et date sunt illis sin
gule stole albe. Stole albe
gloria est sanctorum animarum. Sin
gulas stolas albas sancti dei nunc
possident. quia in illa temporibus
quiescentibus sole anime
beatitudinem eternam perceperunt. Binas
tunc percipient. cum post resurrec
tionem anime cum corporibus
gloria celestis pro sine fine
possidebunt. Et dictum est
illis. ut quiescerent tempus ad
huc modicum donec impleatur
conservi eorum et fratres eorum. qui
interficiendi sunt sicut et illi.
Tempus modicum. tempus est
usque in diem iudicij. Et hoc mo
dicum ideo dicitur. quia in
comparacione futuri temporis valde
est modicum. Sic igitur qui
hoc desiderant. ut dies iudi
cij fiat in qua corpora et
anime mercedem plenam
laborum suorum recipiant. ipse
modicum expectare iubentur
donec impleatur numerus fratrum
eorum. quia dies iudicij non
veniet. usque impleatur numerus
electorum. Ex quibus nobis esse

tur sole anime preciosorum nostrorum
interfectorum sub altare dei
quievisse. et stolas singu
las accepisse leguntur. cum
omnes anime electorum sub hoc
altari quiescant easdemque
stolas et ipse possideant.
Per animas igitur interfectorum
non solum martires. sed omnes
animas electorum debemus acci
pere. eo quod et ipsi mundo sunt
mortui. ut deo vivant.
sicut dicit apostolus. Mortui
enim estis. et vita vestra ab
scondita est cum christo in deo.
Et de se met ipso dixit. Mihi
mundus crucifixus est et ego
mundo. et omnes qui volunt
pie vivere in christo ihesu perse
cuciones paciuntur. et per multas
tribulaciones oportet nos in
trare in regnum dei. Quorum et testes
auctor huius libri. talem
dum vidisse describitur. cum
sine gladij percussione que
vit. Et cum aperuisset sigillum 6
septimum. Sigilli septimi aperi
cionem doctorum declaracio sunt
exprimunt. et ad generacionem no
ticiam pervenit. Et quia christus
de iudeorum predicans et degens
tum electorum ultra paradiso
tam est locutus. quedam
et tam gessit. que hoc de
signant. Septimum sigillum
aperuit. qui doctoribus ecclesie
ea que prefiguraverunt dixit et
fecit. per inspiracionem sue gracie

patefecit. Aperuit et cum sextum sigillum. qui alia predixit opere implevit. Et terre motus factus est magnus quia a romanis hec gens devastata est. Et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus. quia populus iudeorum qui per cognicionem unius dei et per custodiam legis velut sol in mundo refulgebat inter ceteras gentes. factus est omnibus hominibus odiosus per iniquitates suas. Sacco namque penitentes vestiuntur. ut indicent se esse peccatores. Sol igitur nigredine sacci fuit. quia omnibus gentibus facinora iudeorum patuerunt. Et luna facta est sicut sanguis. Eandem significationem habet luna quam et sol. Significat igitur synagogam. Luna ergo sicut sanguis fuisse visa est. quia omnibus factum claruit iudeos per effusionem christi sanguinis stratos esse et deletos. Et stelle ceciderunt super terram. sicut ficus mittit grossos suos cum a vento magno movetur. Per stellas principes sacerdotum designantur. scribe et pharisei. Per ficum autem terram iudeorum possumus intelligere. Grossi vero eiusdem arboris fructus inutiles notant

qui cito labuntur. cum arbor a vento torquetur. Ficus igitur vento commota est. et inutiles fructus a se emittit. quia terra iudeorum a romanis invasa est. gentem inutilem et deo odibilem a se expulit. ut habitatio fieret fidelium. Stelle itaque grossorum more in terram ceciderunt. quia hii qui pre doctrina velut stelle in populo refulgebant. eadem pena conclusit. que et ceteram multitudinem. Et celum recessit sicut liber involutus. Per celum vetus testamentum designatur. Liber vero qui involvitur cum scriptura absconditur. Liber vero iudeis involutus est. quia spiritualem intelligenciam veteris testamenti quam christus demonstravit intelligere noluerunt. Celum itaque sicut liber involutus recessit quia vetus testamentum iudeos deliquit et ad gentes transivit. Et omnis mons et insula de locis suis mota sunt. Et quia iudeorum terra montuosa est. possumus per montes eos qui in civitatibus. per insulas autem eos qui in campestribus habitabant intelligere. Qui omnes de locis suis moti sunt et omnes aut in captivitatem ducti sunt aut occisi. Et reges terre et principes. et tribuni et divites et fortes. et omnis servus et liber absconderunt se in speluncis

et in petris montium. et dicent
montibus cadite super nos et
abscondite nos a facie sedentis super
thronum. et ab ira agni. quoniam
venit dies magnus ire ipsorum
et quis poterit stare. Reges
terre principes et tribunos.
eos qui tunc gentem iudeorum
videbantur possimus intelligere.
Divites vero et fortes ser-
vos et liberos ceteramque multi-
tudinem. Qualiter se ipsi spe-
luncis et in petris montium
absconderint iosephus
manifeste narrat qui everso-
nem illius describit. Tanta
enim fuit afflictio ut fame
diutina consumerentur. et ab
hostibus capti. et multo
deterius cruciatibus affli-
gerentur. absconderunt in puteis
et in cloacis. et in quibusdam
terre abditis locis cupientes
mori. ut prolixam miseram
mortis compendio terminarent.
Cum et iam sciretes se per
scelera sua ista pati. et
post mortem se inferni pe-
nas esse passuros cupiebant
ut montibus sub quibus de-
litescebant opprimerentur
et absconderentur a facie dei
et a facie christi cuius. que gra-
vius noverant se offendisse.
Ita et dominus cum ad passionem
duceretur. hec eis esse passuros
mulieribus se lamentantibus

predixit dicens filie ierusalem
nolite flere super me sed
super vos ipsas flete et super
filios vestros. quia ecce ve-
nient dies in quibus dicent.
beate steriles. que non ge-
nuerunt. et ubera que non
lactaverunt. Tunc incipient
montibus dicere. cadite super
nos et collibus cooperite
nos. Quia si in viridi li-
gno hec faciunt. in arido
quid fiet. Et lignum vide-
licet illos aut lignum aridum
vocavit. Ac si dixisset. Si
in me qui lignum sum sem-
piterne vitem viride aut
semper durum. et qui dam
sum et semino hec faciunt
in illis qui lignum sunt
aridum. id est qui viri-
ditate fidei non habent quod
fiet. Subaudi pessime
peribunt. Sed et arbor fici
quam dominus ante passionem
maledicendo aridam fecit.
eo quod in ea fructum non reperisset
eosdem iudeos designat
quos maledictione perpetua
dampnavit. eo quod in eis
fructum fidei nullum reperisset.
Post hec vidi quattuor angelos
stantes. super quattuor angu-
los terre. Iudeorum deiectionem
premissa. nunc qualiter ecclesia
de gentibus congregata sunt

narrare inchoat. Per quatuor
quippe angelos quatuor regna
designantur. Assiriorum scilicet
Persarum Macedonum atque
Romanorum. Et quia potestas
quatuor regnorum ad solos ro
manos transcendit. Per quatuor
angelos sola romani imperii
signantur. qui praeteritorum sibi
quatuor regnorum vendicaverunt.
Per quatuor angelos uni
versae gentes. quae inter quatuor
plagas mundi continentur
designantur. quas sibi ro
mani subiugaverant. Tene
tes quatuor ventos terrae ne
flarent super terram neque super
mare neque in ullam arbo
rem. Per ventos qui nubes
portant. ut terram irrigan
tes. fertilem atque hilarem
reddunt atque fructiferam
faciant. pax autem mortalibus
optata designatur. quae et
mentes hominum laetificat. et
ut corpus multitudinibus deservi
ant facultatem tribuit. Per
terram et mare omnes gentes
signantur. Per arbores autem hii
qui inter eos principatum tene
bant. Quatuor ergo angeli
quatuor ventos tenebant ut
flarent super terram. quia romani
imperii principes angelos desig
nant. omnem terram cedibus
et rapinis. et mortibus
hominum replentes non sinebant

gentibus christianis pacem et quietem.
Et vidi alterum angelum descen
dentem ab ortu solis. habentem
signum dei vivi. Alter angelus
Christus est de quo scriptum est
Et vocabitur nomen eius magni
consilii angelus. Ipse est et sol
de quo scriptum est. Vobis autem
timentibus nomen meum orietur
sol iustitiae et sanitas in pennis
eius. Ab ortu solis Christus descendit.
id est a semetipso. quia non ex
concubitu viri carnem assumpsit.
sed a semetipso. qui utique sibi
carnem immaculatam creare
virginis valuit. Signum autem
dei vivi est divinitas. Nam in
natura positus signum dei vivi
habuit. quia ea opera gessit
quae demonstrabant eum veri
tatem esse filium dei. sicut ipse
dicit. Opera quae ego facio ipsa
testimonium perhibent de me.
Et clamavit voce magna
quatuor angelis quibus datum est
nocere terrae et mari dicens
Nolite nocere terrae et mari
neque arboribus. quoadusque
signemus servos dei nostri in
frontibus eorum. Clamasse di
ctasse est. Et cum adventu
suo fecit. ut romani ab infe
statione gentis christianae cessarent.
fieretque pax per universum mundum
sicut dicit psalmista. Orietur
in diebus eius iustitia et abun
dantia pacis donec auferatur
luna. Et donec femina fidei

prouincias gentes spargentur.
ut signaculo fidei christi qui pre
ordinati erant ad uitam eternam
signarent. Et audiui nu
merum signatorum centum xl iiii
milia signati ex omni tribu
filiorum israel. Per centum xliiii or
milia perfectus ecclesie electorum
designatur. Duodecies namque
duodecim fiunt centum xliiii or.
Omnes igitur qui fidem duodecim
apostolorum custodiunt. et eorum sanctis
imitantur in hoc seculo uno
consistunt. Sed querendum
nobis est cur ex omni tribu
filiorum israel assignati esse dicantur
cum multo plures ex gentibus
quam ex iudeis crediderunt. Verum
si interpretaciones nominum attendamus
in nominibus duodecim tri
buum omnes electos reperi
mus. Nomina quippe duodecim
tribuum. ad omnes electos per
tinent. Ex tribu iuda xii
milia signati. Ex tribu ru
ben xii milia signati. Ex tri
bu gath xii milia signati.
Ex tribu aser xii milia sig.
Ex tribu neptalim xii mi
lia sig. Ex tribu manasse
xii milia sig. Ex tribu sy
meon xii m. sig. Ex tribu
leui xii m. sig. Ex tribu ysa
char xii m. sig. Ex tribu za
bulon xii m. sig. Ex tribu
ioseph xii m. sig. Ex tribu
beniamin xii milia sig.
Iudas prior ponitur beniamin

uero ultimus. Quia si interpre
taciones nominum inspicere
uoluerimus. iudam in seolare.
beniamin uero superiorem
reperiemus. Quia qui ad deum
conscendere desiderat a con
fessionibus incipit. ut grada
tim ascendendo ad maiora
perueniat. sicut dicit psalmi
sta. Ibunt de uirtute in uir
tutem. Et quia sti ad dex
patris uirtutem conscendat
Subiungit. Videbit deum
deorum in syon. Iudas confe
ssio interpretatur. Iudas igitur Iuda
prior ponitur. quia quicumque
post peccata ad deum redire de
siderat. necesse est ut primo
confiteatur peccata sua. sicut
dicit Iacobus apostolus. Con
fitemini alterutrum peccata uestra
et orate pro inuicem ut salue
mini. uel ut professionem
penitentie et primam deum sibi
placabilem faciat. quem
offenderat. Iram et qui
salubriter penitet. et de
flet mala que fecit quan
dum in ceco fuit. oculos
nunc dei ad se conuertit. sic
dominus dicit. Conuertimini ad
me. et ego conuertar ad uos.
Ruben secundus ponitur. qui Ruben
uidentis filius interpretatur.
quia per primam uidentis
filius factus est. qui erat
antea filius perditionis. Post
ruben Gath qui accinctus

interpretatur. quia necesse est ut qui penitet se mala gessisse et petit ueniam sibi relaxari contra omnia uicia armetur. uoluptates carnales a se precidat. quia non potest fieri ut a peccatis abstineat qui in uoluptatibus carnalibus requiescat. Et quia qui contra uicia pugnat ubique iam beatus esse incipit Aser in ordine ponitur. qui beatus interpretatur. (Aser)

(Neptalim) Post Aser Neptalim ponitur qui dilatatio mea interpretatur. Omnis enim qui scit se deum offendisse et uult ut ei misericordia diuina succurrat, debet et ipse misereri quibuscumque potest. et quando potest sicut dicit dominus Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Illius quippe mens tunc quasi dilatatur. qui pro dilectione proximi proximis compatiens debet omnibus quibus tamen potest miseretur. Post

(Manasses) Neptalim Manasses sequitur qui oblitus interpretatur. quia oportet ut qui peccata sua defleet. qui elemosinas pauperibus largitur ut peccata eius dimittantur. eadem peccata ita deserat. quatinus ea penitus oblitus oblitus esse uideatur. Et ideo Symeon (Symeon) sequitur. qui exaudiens me interpretatur. Ille enim penitentibus que fecit deprecatus. ut ei dimittantur a deo exauditur. qui omnia uicia ex toto deserit. Deinde Leui sequitur. qui additus siue assumptus interpretatur. quia qui de peccatis que fecit iam penituit. qui contra uicia pugnauit. atque deuicit. qui erga indigentes misericors extitit. atque hiis operibus deo placuit. ut eius peccata dimitterentur. deuenit iam securus. timorem quibus ei iam anxiete abiit atque in amore celestis patrie totus assumitur. Isti additur qui filii dei incorporatur (Leui) et sunt. Deinde sequitur Ysachar qui merces dei interpretatur. Sed interpretationem huius nominis clarius uidebimus. si ea que mater Lia eo nascente dixit ponamus. Ait enim Reddidit dominus mercedem michi. quia dedi ancillam uiro meo. Et ideo appellauit nomen eius Ysachar id est merces. Caro nostra ancilla nostra debet esse. Vir noster deus noster est. Ancillam nostram uiro nostro damus si carnem nostram in dei seruicio uiuere facimus. si eam uigilare ieiunare compellimus. et abstinere. atque uoluptates eius domamus. Ysachar igitur hic in mercedem datus est a deo quia illis uidelicet qui carnem domat. qui uicia extinguit (Isachar)

zabulon

ea merces datur ad eo ut vir-
tutibus ditentur. Et ideo post
Isachar zabulon ponitur qui
habitaculum fortitudinis inter-
pretatur. Quis autem fortis nisi
deus. Unde psalmista dicit
Dominus fortis et potens dominus
potens in prelio. Et quid
habitaculum fortitudinis nisi
habitatio dei. In illo enim ha-
bitat deus in quo fides pa-
ciencia castitas humilitas
caritas ceteraeque virtutes como-
rantur. Et quia per cumulum vir-
tutum augentur premia me-
ritorum, Ioseph sequitur qui

Joseph
beniamin

augmentum interpretatur. Be-
niamin ultimus in via et superior
ponitur qui filius dextere
interpretatur. Dextera namque
patris filius dei. Et evangelium
loquitur quia filius dei ad dex-
teram dei ponitur. Electi
itaque filii dextere efficiuntur
cum ab hac vita subtracti
in celestibus sedibus collo-
cantur ubi nichil est sinistrum
sed totum dextera. Igitur quia
interpretationes nominum duode-
cim tribuum usque adeo sunt
perduximus quo in celestibus
sedibus collocantur cognitum
est ut ea conferunt ad glo-
rificationem electorum signa transfe-
ramus. Post hec vidi turbam
magnam quam dinumerare
nemo poterat ex omnibus

gentibus et tribubus et
populis et linguis stantes
ante thronum et in conspectu
agni et clamabant vo-
ce magna dicentes Salus
deo nostro qui sedet super
thronum et agno. Per turbam
superiorem que numero compre-
henditur electi qui in ecclesia
dei singulis temporibus fuerunt
designantur sicut iam
diximus. Et quia multi
sunt vocati pauci vero
electi et in comparatione
reproborum exigua est turba
electorum non immerito certum
per numerum electi qui
singulis temporibus in eccle-
sia laboraverunt designantur.
In celesti vero beatitudine
ubi singulis temporibus ex
omnibus gentibus et tri-
bubus et linguis congre-
gantur tanta eorum efficitur
multitudo ut nullo modo
comprehendi possit. Per
stolas autem albas mundiciam
animarum designat. Pal-
me vero in signum ponuntur
victorie. Palmas itaque
non solum sancti martires
quibus victoria specialiter
ascribitur. Sed et omnes
electi qui in hoc seculo
positi sunt visibiles et
invisibiles hostes fortiter
devicerunt in celestibus

possidebunt. Palme autem
victorie sunt premia. qui
voce magna dicunt
salus deo nostro qui se
det super thronum et agno
Sancti dei in operis essent
in laudibus dei. illorum
labor est in laudando deum.
Quia sicut dulcis est sonus
visio dei sic et laus dei
Et omnes angeli stabant
in circuitu throni et seniorum
et quatuor animalium et ce
ciderunt in medio throni
in facies suas et adora
verunt deum dicentes amen
Benedictio et claritas et sapientia
et gratiarum actio. honor
et virtus et fortitudo deo nostro
in secula seculorum amen
Angelus multi multum an
gelorum in circuitu throni deum
laudare dicuntur. Hic autem
nullo numero comprehenduntur
sed omnes in circuitu throni
stare dicuntur. Possumus supe
riores angelos qui nullo
comprehenduntur eos intelligere
qui ad diversa officia in mundo
destinantur. eos autem qui
sine numero ponuntur illos qui
in celestibus cum deo commorantur
Sed hic septem laudes
diversas ponuntur sicut supra
ut demonstret eodem modo
et istius laudes deum qui

mundum sua gubernacione regit
sicut et illos qui in celestibus
cum deo commorantur // Et re
spondit unus de senioribus
dixit michi Hii qui amicti
sunt stolis albis. qui sunt autem
unde venerunt Et dixi illi domine
mi tu scis. Interrogat ut
doceat. Per seniorem namque
doctores ecclesie prelatique
vel auditores intelliguntur
Namque predicationibus seu gloriam [?]
animarum suarum quibuscumque
modis possunt intimant
auditoribus suis. ut vites [?]
carnis cum amore celestis
patrie attendant // Et dixit
michi Hii sunt. qui venerunt
ex magna tribulacione. et
laverunt stolas suas. et deal
baverunt eas in sanguine agni
Hic demonstrat nam ad
electos qui in ista vita labo
rant. sed ad eos qui in celesti
vita cum deo requiescunt
hic et proprie Non enim sancti
de magna tribulacione. sed ad
magnas tribulaciones presentes [?]
vendas in mundo venerunt
sicut dicit salomon Homo
ad laborem nascitur. et avis
ad volandum. Et deus dicit
in ewangelio Beati qui per
secuciones paciuntur propter iusti
ciam. quoniam ipsorum est regnum
celorum Et paulus primus [?]

tribulationes oportet nos in-
trare in regnum celorum. Hic tem-
pus est tribulationis. illic tem-
pus pacis. Sancti itaque de tribula-
tione magna veniunt. quia
ab hac vita sublevati. Ubi tem-
pus tribulationis est victoria que
ex tollerantia. Laverunt autem
stolas suas. quia actus suos
in hac vita positi ab omnibus
sordibus viciorum mundaverunt
primo quidem per baptismum.
postea vero per penitenciam et
lacrimas. ac nunc opera te-
tentes bonis virtutibus. Et
in sanguine agni dealbate
fuisse dicuntur. quia anime
electorum que antea erant
nigredine peccatorum involute.
per redemptionem sanguinis Christi
candore mundicie assurrexerunt.
Ideo sunt ante thronum dei
et serviunt ei die ac nocte in
templo eius. In conspectu
namque dei sancti assistunt ac
visione eius indesinenter
perfruuntur. Templum vero dei
celestem patriam. servitium dei a-
morem dei vocat. Et cum
sinceri tum templi deo. qui
ut diligat ex toto corde to-
taque virtute. Et quis ita credet
diligit deum. sicut illi qui as-
sidue contemplantur faciem eius.
Et qui sedet super thronum ha-
bitat super illos. Thronus dei

sancti dei sunt sicut superius
diximus. Et cum quod designatur
per thronum dei. ipsi sunt super
quos residet deus. Habitat
vero deus super sanctos suos. cum
eos lumine suo illuminat. et
tuetur. Non
esurient neque sicient am-
plius. Cum dominus dicat in
ewangelio. Beati qui esuriunt
et siciunt iusticiam. quoniam
ipsi saturabuntur. Cur hic
sancti dei nunquam esurire
dicuntur. Sed sicud superius
diximus. non ad electos qui
in hac vita commorantur.
sed ad eos qui in celestibus re-
gnis cum deo exultant hoc per-
tinere credendum est. Justi
namque in hac vita positi
videntes iniusticias hominum
esuriunt et siciunt iusticiam
cupientes omnes homines
iustos esse. sicut ipsi sunt.
Esuriunt eciam ut sua iusticia
cottidie crescat. Esuriunt
et siciunt vitam eternam.
Anime vero sanctorum non esuri-
ent neque sicient amplius.
quia quod esurierunt
iam percipere meruerunt.
Et non cadet super illos
sol neque ullus estus. Per sol
solem tribulationes quibus
sancti ab hominibus perferunt
possumus intelligere. Per estum est
temptationes demonum

Quartus

volu[p]tates carnales Et qr
sancti in hac vita positi p
secuciones iniquorum tolleran
do vincerunt temptaciones
demonum superaunt deside
ria carnalia in se extinxerunt
in celesti beatitudine positi nul
lum laborem impetuum se
ncunt. Quoniam agnus qui in
medio throni est reget il
los et deducet eos ad vite
fontes aquarum Regit deus
sanctos suos cum voluntates
eorum ita disposuit ut nichil
velle possint nisi quod deus
vult Et deducet illos ad
vite fontes aquarum Vite
fons est xpistus qui dicit Ego
sum vita Et cum sine illo
est mortuum est quod vero in
illo vita est Ad vite fonte
xpistus sanctos suos ducit quia
adsemetipsum eos ducit ut
sint unum cum illo Paquas
vero xpistum passum intelligere
Ipse est quippe fons aquarum
quia ab ipso procedit omnis
sanctitas electorum sicut ipse
dicit Sine me nichil po
testis facere Et absterget
deus omnem lacrimam ab
oculis eorum Quia tempus
flendi hic fuit tempus ridendi
in illa beatitudine erit sicut deus
dicit Beati qui lugent
nunc quoniam ipsi consolabuntur
Et cum aperuisset sigillum sep
timum Apercio septimi sigilli

ad nativitatem Querendum nobis
est cur in septimo et non in
quarto loco ponatur In genesi
scriptum est quia sex diebus
fecit deus cuncta que ex celo et
terra originem susceperunt septimo
autem die requievit ad eo no
minavit diem septimum sabbatum
id est requies Que autem est
requies nostra nisi xpistus Non
inconveniente ergo in septimi
sigilli apercione nativitas xpisti
ponitur quia ipse est requies
sanctorum omnium suorum que per septimum
diem significatur Et quia ea que
in nativitate xpisti gesta sunt spiritale
intelligenciam optinent Septimum
sigillum xpistus aperuit cum ea que
per significaciones gesta sunt docto
ribus ecclesie per inspiracionem spiritus
sancti manifestavit Et factum
silencium in celo quasi media
hora Per silencium pax que
ab Octaviano Augusto xpisto
nascente per universum mundum
facta est designatur Media
autem hora silencium factum est
quia pax quam ecclesia in inicio
fidei apud paganos habuit
parvo tempore mansit Nam
et Nerone imperatore interemptus
est et petro pauloque interfectis
precepit omnes persequi xpistianos
Et vidi vii angelos stantes
in conspectu dei et date sunt
illis septem tube Ordo istorum
vii angelorum in sequentibus est

Nam sicut pes ante regem et
principem mittitur. qui eum ad
ventum annunciet. ita et hic
quia magna erant que per
angelos designabantur. eum
memoratum fuisse voluit. an
tequam adventus narrationem veniret
Et alius angelus venit et stetit
ante altare habens thuribulum
aureum in manum suam et data
sunt ei incensa multa. ut daret
de orationibus sanctorum omnium super
altare aureum quod est ante deum
Iste angelus Christum significat
Venit autem. qui per incarnationis
misterium in mundo apparuit. Per
altare aureum ecclesia designatur
qui ante altare stetisse dicitur
Latebat namque Christus in incredulis
qui eum purum hominem estimabant
Constabat ergo fidelibus qui eum
deum esse credebant. Ante altare
ergo stetit. quia apostolis rectis
credentibus ex quibus ecclesia
tunc constabat quod deus erat
manifestavit. Per thuribulum
vero quod in manu tenebat.
corda apostolorum ceterorumque fidelium
demonstrantur. Quod aureum fuisse
dicitur. quia corda discipulorum
per fidem sunt purificata. et per sapientiam
quam a Christo didicerant erant
inaurata. Quod thuribulum
in manu tenuisse dicitur. quia
corda apostolorum in manu dei erant
sicut Salomon dicit. Cor regis
in manu domini: quocumque voluerit

inclinabit illud. Numquid
cor istius Salomonis in ma
nu dei erat: qui idola ado
rabat. Numquid cor antiochi
esset aut herodis in manum
dei erat. Numquid corda regum
sunt dicit per sapientiam in manum
dei erant. In manum dei tali
erant. quia ad preceptum qui
volebat facinora eis iudica
bat. Corda vero regum spi
ritualium idem sanctorum in manu dei
sunt. et ideo quocumque voluerit
inclinabit ea. Sequitur
Et data sunt ei incensa multa
Incensa multa precepta sunt
evangelii. Incensa in thuribu
lo posuit. ut calore ignis
accepto fragrantiam odoris
sui circumquaque spargerent.
Similiter et Christus doctrinam
evangelii in cordibus disci
pulorum suorum posuit. qui
igne caritatis succensi. o
dorem fidei sue per omnes
gentes sparserunt. Unde
et sapuit. Ut daret de orationibus
sanctorum. Orant namque
omnes fideles deum. deprecan
tes ut dimittantur eis pec
cata eorum. Orant et elemo
sinas largiendo. sicut ipse
dominus dicit. Date elemosinam.
et ecce omnia munda sunt
vobis. et in alio loco scriptum
est. Sicut aqua extinguit
ignem. ita elemosina extin
guit peccatum. Orant etc.

dimittendo proximis. que
in eis delinquerint. Sicut dixit
dominus Si dimiseritis hominibus
peccata eorum et pater vester ce
lestis dimittet vobis pecca
ta vestra. Orant in thylomium
et precepta caritatis serva
do. quemadmodum scriptum
est. quia universa delicta
operit caritas. Ille igitur sa
lubriter orat deum. qui servat
mandata dei. Nichil enim
prodest nobis clementiam
dei verbis implorare. et operibus
irritare/ Super altare ergo
incensum de orationibus sanctorum
dedit deus. quia deus sanctorum
corda eorum credencium. fide
doctrinaque et actibus apo
stolorum ceterorumque predicatorum
posuit ut haberent unde
erudirentur. et quod imitarentur
Unde et sequitur// Et ascen
dit fumus aromatum de
orationibus sanctorum. de manu
angeli in conspectu dei. Per
fumum aromatum non solum
orationes fidelium sed et singula
ria bonorum operum designantur
que absentia indesinenter
ascendit in conspectu dei. De
fumus de manu angeli as
cendere dicitur. quia quidquid
boni fideles faciunt. operante
deo faciunt. sicut ipse dicit
Sine me nichil potestis
facere. Et accepit angelus t

turibulum et implevit illud
de igne altaris. et misit in terram
et facta sunt fulgura. et voces
et tonitrua. et terremotus. Per
ignem spiritus sanctus designatur.
Angelus itaque id est Christus thuri
bulum. id est corda discipulorum
de igne altaris. id est de spiritu
sancto implevit. qui post ascensionem
suam in celum. decimo die spiritu
sancto misso de celo. corda disci
pulorum replevit. eisque scienciam
omnium linguarum dedit/
Et si per altare christus designatur
tunc spiritus sanctus eius tamen dare
ignis altaris et dicitur. cum idem
iohannes dicat. nondum erat spiritus
datus. quia ihesus nondum erat
glorificatus. Sed spiritus sanctus cum
sit datur ignis altaris erat.
quia prepromissionis gratiam
iam cum credulitas possidebat. Ra
dius ante passionem suam promisit
se spiritum sanctum daturum discipulis
suis. Et idem iohannes cum libera
tum ipse posuisset dicens. Ex
pedit vobis ut unus moriatur
homo pro populo. et non tota
gens pereat intulit. Hoc autem
a semetipso non dixit. sed cum
esset pontifex anni illius. pro
phetavit. quia ihesus moriturus
erat pro gente. et non tantum pro gente.
sed ut filios dei qui erant di
spersi congregaret in unum. Nunc
filii qui in proprium credituri erant
sunt per universas gentes dispersi
ydolis serviebant. filii dei autem
Erant iam filii dei predestinacione

quia iam predestinati erant
ad vitam eternam / congregati sunt
vero postea in unum qui pridem
quasi in capitulo susceperunt corpo-
raliter sunt sociati. Misit ergo
angelus ignem quod in thuri-
bulo posuerat in terram. quia
doctrinam fidei in cordibus
iudeorum qui prius adulterati
erant per ora apostolorum ef-
fudit. Et facta sunt fulgura
voces et tonitrua et terremotus
per fulgura virtutes que per apostolos
fiebant. per voces predicatio-
per tonitrua autem comminatio iudicii
eterni designatur. Per terremotus
vero commotionem iudeorum possumus
intelligere. Commoti sunt namque ad
penitentiam per predicationem beati
petri. sicut liber actus apostolorum
narrat. His itaque auditis com-
puncti sunt: et dixerunt ad pe-
trum et ad reliquos apostolos. Viri
fratres. quid faciemus. Ostendite
nobis. Et in sapientibus dictum
est. quia ad primam petri
predicationem crediderunt quasi
tria milia. Postea vero innu-
merabiles. Hunc ignem id est
spiritum sanctum super nos qui in terra
sumus misericordia domini nostri
ihesu christi effundere dignetur
ut ex carnalibus spirituales
efficiamur qui vivit et reg-
nat in secula seculorum Amen.

Et septem angeli qui
habebant vii tubas
paraverunt se ut canerent
tubis. Et primus angelus 1
tuba cecinit. et facta est
grando et ignis mixta
sanguine et missum est in terram
et terre tertia pars combusta
est. et tertia pars arborum
combusta est. et omne fenum
viride combustum est. Et 2
secundus angelus tuba cecinit
et tamquam mons magnus
igne ardens missus est in
mare. et facta est tertia
pars maris sanguis et mor-
tua est tertia pars creature
que habebat animas. et tertia
pars navium interiit. Et tertius 3
angelus tuba cecinit. et
cecidit de celo stella magna
ardens tamquam facula. et
cecidit in tertiam partem fluminum et
in fontes aquarum.
Et nomen stelle dicitur absinthium.
Et facta est tertia pars aquarum
in absinthium et multi ho-
mines mortui sunt de aquis
quia amare facte sunt.
Et quartus angelus tuba 4
cecinit et percussa est tertia
pars solis. et tertia pars lune
et tertia pars stellarum. ita
ut obscuraretur tertia pars
eorum. et diei non luceret tertia
pars et noctis similiter.
Et vidi et audivi vocem
unius aquile volantis per
medium celum: dicentis voce
magna. Ve. ve. ve habitantibus
in terra. De ceteris vocibus
trium angelorum qui canituri
sunt tuba. Et quintus an- 5
gelus tuba cecinit. Et vidi

stellam de celo cecidisse in
terram. et data est ei cla
uis putei abyssi. Et aperuit
puteum abyssi. et ascendit
fumus putei sicut fumus
fornacis magne. et obscura
tus est sol et aer de fumo
putei. et de fumo putei
exierunt locuste in terram.
et data est illis potestas
sicut habent scorpiones terre
potestatem. et preceptum est ill
ne lederent ~~precep~~ fenum ter
re neque omne viride. neque
omnem arborem. nisi tantum
homines qui non habent signum
dei uiui in frontibus suis.
sicut dictum est illis ne occi
derent eos. sed ut cruciarentur
mensibus quinque. et cruciatus
eorum ut cruciatus scorpii cum
percutit hominem. Et in diebus
illis querent homines mortem
et non inuenient eam et de
siderabunt mori. et fugiet
mors ab ipsis. Et similitudines
locustarum similes equis pa
ratis in prelium et super capita
earum tamquam corone similes
auro. et facies earum sicut
facies hominum. Et habebant
capillos sicut capillos mu
lierum. et dentes earum sicut
dentes leonum erant. et ha
bebant loricas sicut loricas
ferreas. et vox alarum earum
sicut vox curruum equorum
multorum currentium in bellum
et habebant caudas similes
scorpionum. et aculei erant in
caudis earum. Potestas earum no
cere hominibus mensibus quinque.
Et habebant super se regem an
gelum abyssi. cui nomen he
braice abadon. grece autem a
pollion. et latine habens
nomen exterminans. Ve unum
abiit. et ecce veniunt adhuc
duo ve. Post hec sextus an 6
gelus tuba cecinit. Et audiui
uocem unam ex cornibus altaris
aurei quod est ante oculos dei.
dicentem sexto angelo qui ha
bebat tubam. Solue quattuor
angelos. qui alligati sunt
in flumine magno eufraten.
Et soluti sunt quattuor angeli
qui parati erant in horam et diem
et mensem et annum ut occiderent
terciam partem hominum. et numerus
equestris exercitus uicies mi
lies dena milia. audiui nu
merum eorum. et ita uidi equos
in visione. Et qui sedebant
super eos habentes loricas ig
neas et iacinctinas et sulphu
reas. et capita equorum erant
tamquam capita leonum. et de
ore ipsorum procedit ignis et fumus
et sulphur. ab hiis tribus plagis
occisa est tercia pars hominum
de igne et fumo et sulphure
qui procedebant de ore ipsorum.
Potestas enim equorum in ore
eorum et in caudis eorum. Nam
caude earum similes serpentibus
habentes capita in hiis nocent.

Et ceteri homines qui non sunt
occisi in hiis plagis neque pe-
nitenciam egerunt de operibus
manuum suarum ut non adorarent
demonia et simulacra aurea
et lapidea et lignea que neque
videre possunt neque audire
neque ambulare et non egerunt
penitenciam ab homicidiis suis neque
a veneficiis suis neque a forni-
catione sua neque a fornicacione
sua neque a furtis suis Et vidi
alium angelum fortem amictum
nube et iris in capite eius
et facies eius erat ut sol
et pedes eius tamquam colum-
pne ignis Et habebat in manu
sua libellum apertum et posuit
pedem suum dextrum super mare
sinistrum autem super terram et clamavit
voce magna quemadmodum
cum leo rugit Et cum clamasset
locuta sunt tonitrua vii
voces Et cum locuta essent vii
tonitrua voces suas scrip-
turus eram Et audivi vocem
de celo dicentem Signa que locu-
ta sunt vii tonitrua et noli scribe-
re Et angelus quem vidi stan-
tem super mare et super terram
levavit manum suam ad celum et
iuravit per viventem in secula
seculorum qui creavit celum
et ea que in eo sunt et terram et
ea que in ea sunt et mare et
ea que in eo sunt quia tempus
non erit amplius sed in diebus
vocis septimi angeli cum
ceperit tuba canere consummabitur
misterium dei sicut evangelizavit
per servos suos prophetas

Et vocem quam audivi de ce-
lo iterum loquentem mecum et dicentem
Vade accipe librum apertum de
manu angeli stantis supra
mare et supra terram Et abii
ad angelum dicens illi ut da-
ret michi librum Et dixit michi
Accipe et devora eum et faciet
amaricare ventrem tuum sed
in ore tuo erit dulce tamquam
mel dulce Et cum devoras-
sem amaricatus est venter meus
et dixit michi Oportet te
iterum prophetare populis et gentibus
et linguis et regibus multis
Et datus est michi calamus
similis virge dicens Surge
et metire templum dei et altare
et adorantes in eo atrium autem
quod est foris templum eice
foras et ne metieris eum
quoniam datum est gentibus et
civitatem sanctam calcabunt
mensibus xl duobus et dabo
duobus testibus meis et p-
rophetabunt diebus mille du-
centis lx amicti saccis Hii
sunt due olive et duo can-
delabra et in conspectu domini
in medio terre stantes Et si
quis voluerit eos nocere ignis
exiet de ore illorum et devo-
rabit inimicos eorum Et si
quis voluerit eos ledere
sic oportet eum occidi Hii ha-
bent potestatem claudendi
celum ne pluat diebus prophecie
eorum et potestatem habent super

aquas convertendi eas in san
guinem et percutere terram omni p
laga quotienscumque volue
rint Et cum finierint testimonium
c. xi° suum bestia que ascendit
de abysso faciet adversus
eos bellum et vincet illos
et occidet illos et corpora
illorum iacebunt in plateis
civitatis magne que vo
catur spiritualiter Sodoma et
et egyptus ubi dominus illorum
crucifixus est Et videbunt
de populis et de tribubus et
linguis et gentibus corpora
eorum per tres dies et dimi
dium et corpora eorum non sinent
poni in monumentis et in
habitantes terram gaudebunt
super illos et iocundabuntur
et munera mittent invicem
quoniam hii duo prophete cruciaverunt
eos qui habitant super terram
et post tres dies et dimi
dium vite spiritus a deo intravit
in eos et steterunt super pedes
suos et timor magnus
cecidit super eos qui viderunt
eos et audierunt vocem
magnam de celo dicentem
illis Ascendite huc Et
ascenderunt in celum in nube
et viderunt eos inimici eorum
Et in illa hora factus est
terremotus magnus Et de
cima pars civitatis cecidit
Et occisa sunt in terremotu

nomina hominum septem milia et
reliqui in timore sunt missi
et dederunt gloriam deo celi
Ve secundum abiit et ecce tertium ve
veniet cito Et septimus angelus
tuba cecinit et facte sunt voces
magne in celo dicentes Factum
est regnum huius mundi domini no
stri et christi eius et regnabit
in secula seculorum Et xxiiii
seniores qui in conspectu dei
sedent in sedibus suis ceciderunt
in facies suas et adoraverunt
deum dicentes Gratias agimus tibi
domine deus omnipotens qui es et qui
eras qui accepisti virtutem ma
gnam et regnasti et irate
sunt gentes et advenit
ira tua et tempus mortuorum
iudicandi et reddere mercedem
servis tuis et prophetis et sanctis et
timentibus nomen tuum pusillis
et magnis et exterminandi
eos qui corruperunt terram
Et apertum est templum dei in
celo et visa est archa testamenti
eius in templo eius Et facta
sunt fulgura et voces et to
nitrua et terremotus et grando
magna Et signum apparuit
in celo mulier amicta sole
et luna sub pedibus eius et
in capite eius corona stellarum
duodecim et in utero habens
clamabat parturiens et cruciatur
ut pariat Et visum est aliud

signum in celo. et ecce draco
magnus rufus habens capita
septem. et cornua decem et
in capitibus suis septem dya-
demata. Et cauda eius tra-
hebat terciam partem stellarum
celi. et misit eas in terram.
et draco stetit ante mulierem
que erat paritura. ut cum pe-
perisset filium eius devoraret.
et peperit filium masculum
qui recturus erat gentes in
virga ferrea. Et raptus est
filius eius ad deum et ad thro-
num eius. Et mulier fugit
in solitudinem. ubi habet locum
paratum a deo. ut ibi pascant
illam diebus mille ducentis
.lx. Et factum est in celo. michael
et et angeli eius preliabantur
cum dracone. et draco pugna-
bat et angeli eius. et non
valuerunt neque locus inventus
est amplius eorum in celo. Et
eiectus est draco ille magnus
serpens antiquus. qui vocatur
dyabolus et sathanas. qui
seducit universum mundum
et proiectus est in terram. et an-
geli eius cum illo missi sunt.
Et audivi vocem magnam
in celo dicentem. Nunc facta
est salus. et virtus. et regnum
dei nostri et potestas christi
quia proiectus est accusator
fratrum nostrorum. qui accusabat

illos ante conspectum dei
nostri. die ac nocte. Et ipsi
vicerunt illum propter sanguinem
agni. et propter verbum testimo-
nii sui. et non dilexerunt
animas suas usque ad mor-
tem. Propterea celi letamini
et qui habitatis in eis.
Ve terre et mari quia de-
scendit dyabolus ad vos ha-
bens iram magnam. sciens
quod modicum tempus habet.
Et postquam vidit draco
quod proiectus est in terram perse-
cutus est mulierem que
peperit masculum. et date
sunt mulieri due ale aquile
magne. ut volaret in deser-
tum in locum suum ubi alitur
per tempus et tempora. et dimi-
dium temporis a facie serpentis.
Et misit serpens post mulierem
aquam ex ore suo tamquam
flumen. ut eam faceret
trahi a flumine. Et ad-
iuvit terra mulierem. et
aperuit os suum et absorbuit
flumen quod misit draco
de ore suo. Et iratus est
draco in mulierem. et abiit
facere prelium cum reliquis de se-
mine eius qui custodiunt
mandata dei. et habent te-
stimonium ihesu christi. Et stetit super
arenam maris. Et vidi de
mari bestiam ascendentem

habentem capita septem
et cornua decem: et super
cornua eius decem dyade
mata. et super capita eius
nomina blasphemie. Et be
stia quam vidi similis erat
pardo. Et pedes eius sicut
ursi. et os eius sicut os leo
nis. Et dedit illi draco vir
tutem suam et potestatem ma
gnam. Et vidi unum de
capitibus eius quasi occi
sum in mortem. et plaga
mortis eius curata est
et admirata est universa
terra post bestiam. et adora
verunt draconem. qui dedit
potestatem bestie. et adorave
runt bestiam dicentes Quis
similis bestie. et quis po
terit pugnare cum ea. Et
datum est os loquens magna.
et blasphemias. et data est
illi potestas facere menses
quadraginta duos. et aperuit os
suum in blasphemias ad deum.
blasphemare nomen eius et
tabernaculum eius. et eos
qui in celis habitant. et da
tum est ei bellum facere cum
sanctis. et vincere eos. Et da
ta est ei potestas in omnem
tribum. et populum et linguam
et gentem. et adorabunt
eam omnes qui habitant terram
quorum non sunt scripta nomina
in libro vite et agni qui
occisus est ab origine mundi.
Si quis habet aurem audi
at. qui in captivitatem
duxerit in captivitatem vadit
et qui in gladio occiderit oportet
eum gladio occidi. Hic est patientia
et fides sanctorum. Et vidi aliam
bestiam ascendentem de terra
et habebat cornua similia a
gni. et loquebatur sicut draco.
et omnem potestatem prioris be
stie faciebat in conspectu eius.
Et facit terram et inhabitantes
adorare bestiam primam cuius
curata est plaga mortis. et
facit signa magna. ut et ig
nem faceret de celo descende
re in conspectu hominum. et sedu
cit habitantes terram propter signa
que data sunt illi facere in conspectu
bestie. dicens habitantibus in
terra ut faciant imaginem
bestie que habet plagam gladii
et vixit. Et datum est illi
ut daret spiritum imagini bestie
et ut loquatur imago bestie.
et faciat ut quicumque non ado
raverint imaginem bestie occi
dantur. Et faciet omnes pusil
los. et magnos. et divites
et pauperes. et liberos et servos
habere caracterem in dextera manu
aut in frontibus suis. ut ne quis
possit emere aut vendere
nisi qui habet caracterem aut nomen
bestie aut numerum nominis eius.

Hic sapientia est. Qui habet
intellectum computet numerum be-
stie. Numerus enim hominis est. Et
numerus eius sexcenti lx sex ix
Et vidi et ecce agnus stabat
supra montem syon et cum eo cen-
tum xl iiii^or milia habentes
nomen eius et nomen patris eius
scriptum in frontibus suis. Et
audivi vocem de celo tamquam
vocem aquarum multarum et tamquam
vocem tonitrui magni. Et
vocem quam audivi sicut cithare-
dorum citharizantium in cithar-
is suis. et cantabant quasi
canticum novum ante thronum et ante
iiii^or animalia et seniores. Et
nemo poterat dicere canticum
nisi illa centum xl iiii^or
milia qui empti sunt de terra.
Hii sunt qui cum mulieribus
non sunt coinquinati. virgines
enim sunt. Hii sequuntur agnum quo-
cumque ierit. Hii empti sunt ex
hominibus primicie deo et agno
et in ore eorum non est inventum
mendacium. sine macula enim
sunt ante thronum dei. Et
vidi alterum angelum volantem
per medium celi habentem evangeli-
um eternum ut evangelizaret ha-
bitantibus super terram et super omnem gen-
tem et tribum et linguam et populum di-
cens magna voce. Timete
dominum et date illi honorem.
quia venit hora iudicii eius.
et adorate eum qui fecit celum
et terram. mare et fontes aquarum

et omnia que in eis sunt.
Et alius angelus secutus
est dicens. Cecidit cecidit
babilon magna que a vino
fornicationis sue potavit
omnes gentes. Et angelus
tertius secutus est illos
dicens voce magna. Si
quis adoraverit bestiam et
ymaginem eius. et accepe-
rit caracterem in manu
sua aut in fronte sua. et
hic bibet de vino ire
dei qui mixtus est mero
in calice ire ipsius. et
cruciabitur igne et sulphure
in conspectu angelorum sanctorum
et in conspectu agni. et
fumus tormentorum eorum in
secula seculorum ascendit.
Nec habent requiem die
ac nocte qui adoraverunt
bestiam et ymaginem eius.
Et si quis acceperit carac-
terem nominis eius. Hic
pacientia sanctorum est. qui
custodiunt mandata dei
et fidem eius ihesu. Et au-
divi vocem de celo dicentem.
Scribe. Beati mortui qui
in domino moriuntur. Amodo
enim iam dicit spiritus ut
requiescant a laboribus
suis. Opera enim illorum sequuntur
illos. Et vidi et ecce nubes

candida et super nubem
sedentem similem filio hominis
habentem in capite suo coro-
nam auream et in manu
sua falcem acutam. Et alius
angelus exiuit de templo
clamans voce magna
ad sedentem super sedem. Mit-
te falcem tuam et mete
quia venit hora ut me-
tatur quia aruit messis terre
Et misit qui sedebat super
nubem falcem suam in terram
et messuit terram. Et alius
angelus exiuit de templo
quod est in celo. habens ipse
falcem acutam. Et angelus
de altari qui habet potesta-
tem super ignem. clamauit
voce magna ad eum qui
habebat falcem acutam
dicens. Mitte falcem tuam
et vindemia botros vinee
terre. quia mature sunt
uve eius Et misit ange-
lus falcem suam in terram. et
vindemiauit vineam terre
et misit in lacum ire dei
magnum Et calcatus est
lacus extra ciuitatem
Et exiuit sanguis de
lacu usque ad frenos equorum
per stadia mille sexcenta
iii. Et vidi aliud signum
in celo mirabile et magnum.
angelos septem habentes
plagas nouissimas. quia

in illis consummata est ira
dei. Et vidi tamquam mare
vitreum mixtum igne. et hos
qui vicerunt bestiam et yma-
ginem eius. et numerum nominis
eius. stantes super mare
vitreum. Habentes cytharas
dei et cantantes canticum
moysi serui dei. et canticum
agni dicentes. Magna et
mirabilia opera tua domine deus
omnipotens. iuste et vere vie
tue rex seculorum. Quis non time- q;
bit te domine et magnificabit
nomen tuum. Quia tu solus
pius es. quoniam omnes gentes
venient et adorabunt in
conspectu tuo. quia iudicia
tua manifesta sunt

Gratia domini nostri
ihesu cristi largiente
de apertionibus vii
sigillorum pauca
diximus. nunc de cantu tubarum
septem angelorum qui sequuntur
proferamus. Per septem angelos
doctores qui ad erudiendum
populum dei a deo missi sunt
et mittentur usque ad finem
designantur. Et quia sacra-
menta diuinarum scripturarum
doctoribus ecclesie perspicatis
deo inspirante quam ceteris
patuerunt ordo rationis
poscebat. ut post reseratio-
nem sigillorum que apertione diuinarum
scripturarum significatur. septem
angeli ponerentur. per quos

omnes doctores ecclesie dei de-
signantur qui sacram diuinarum
scripturarum locupletandis pre-
penit. Et sicut omne corpus
electorum in septem partes diuisum
esse et septem angeli tubis
cecinisse visi sunt. per quos
omnes doctores ecclesie dei desi-
gnantur. quamuis aliis ordine
pariter discrepant. Nam
septimus per ederam. que prio-
ri in ornamentis dum ponitur
et in serpentibus. Primum tempus
agnum iustos qui ante dilu-
uium sunt deprimus fuisse
designatos. Secundam vero
ciuitatem in tempore cristi. et
prophetarum ceterum. patriarchas et
ceteros qui ante legem sunt.
Hic autem primum angelum doc-
tores qui ab inicio mundi us-
que ad legem fuit. prophetarum doc-
tores legis designant. Et
septem angeli parauerunt se
ut tubis canerent. Per tube
cantum predicatio designatur.
Predicatores quippe sancti
adstat semper paratis exsistit.
ut quoscunque per doctrinam
sive predicationis deo acquirat.
Et primus angelus tuba ceci-
nit. Per primum angelum sicut
deprimus predicatores. qui
ante legem sunt designati.
Primus ergo angelus tuba ce-
cinit. quia sancti viri qui
ante legem fuerunt. quamuis

nullam legem haberent
nisi naturalem. hanc quam
breviter cumque poterant suasisse
credendi sunt. ut deum crea-
torem suum timerent atque di-
ligerent. et quod quisque sibi fie-
ri non vellet alteri non fa-
ceret. Et facta est grando
et ignis mixta sanguine
et missum est in terram.
Ea que sub septem angelis
tubis canentibus facta
fuisse visa sunt in bonam
partem sicut intelligi videtur
accipienda sunt. sicut
contrario effusio fialarum
septem angelorum que sequitur
in malam. Per grandinem
igitur que percutit verba sacrorum
virorum. que corda peccatorum
arguendo percutie-
bant designantur. Et
igne et sanguine permixtum
fuisse describunt. Per ignem
spiritus sanctus designatur.
qui in sanctis suis inhabitans
eorum verborum minister
extitit. Per sanguinem vero
passionis intelligitur. qui et
a prioribus sepe predicatus
et eorum actibus presignatus.
Terra autem. scilicet homines
per eius sub dictis demonstrat.
Et tercia pars terre combusta
est. et omne fenum viride
combustum est. Per terciam par-
tem terre eos qui per doctrinam
et exempla bonorum hominum

salui facti sunt debemus
intelligere. qui igne timo
ris dei atque amoris ex
quod prauum in se fuit co
busserunt atque delerunt
Arbores vero esse qui pri
cipatum inter eos tenuit
significauit. ex quibus
multi per doctrinam et ex
empla bonorum hominum salui
facti sunt sicut abipne
loth per abraham et prob
tres amici eius. Per fenum
aut viride quod cito tabu
sum esse dicitur. Hii designan
qui et superius per terciam
partem terre et arborum
que combusta est. id est
electi qui eo tempore sunt.
Fenum namque viride diffi
cile accenditur. aridum
vero facile consumitur. Per
fenum vero viride electi per
aridum reprobi designantur.
De hac arido feno propheta
dicit. Vere fenum est populus.
Exsiccatum est fenum et cecidit
flos. verbum autem domini ma
net in eternum. Per fenum igitur
viride hii qui in fide erant
virides designantur. qui de
quod in se reprobum fuit in
igne caritatis combusserunt.
2 Et secundus angelus tuba ce
cinit. Per secundum angelum moy
ses. ceterique legis doctores
designantur. Et tamquam
mons magnus igne ardens
missus est in mare. Per

montem magnum lex moysi de
signatur. que propter grauitatem
ponderis sui monti assimilatur.
et propter spiritualem intelligentiam
que in lege refulgebat igne
ardere dicitur. Per hebraicum
populum propter magnitudinem fre
lex per mare designatur. Et facta
est tercia pars maris sanguis.
et mortua est tercia pars crea
ture que habebat animas in mari.
tercia pars animarum interiit.
Omnis remissio in lege sanguinis
effusione. atque aspersione
fiebat. Unde et moyses po
pulum sanguine aspersurus aspersit
dicens. Hic sanguis testamenti
quod mandauit ad vos deus.
Eos et aaron et filios eius in
unde efficerentur ad offerendas ho
stias dei idem moyses san
guine aspersit. nec sine sanguinis
aspersione effusione remissio
esse poterat. Per terciam ergo partem
maris electi qui in eo tempore
sunt designantur. Per sanguinem
vero in hoc loco remissionem
peccatorum possumus accipere. Tercia
igitur pars maris in sanguinem
versa est. quia electi qui
eo tempore sunt per obseruationem
legis operibus suis mundari
meruerunt. Tercia vero pars
creature que habebat animas
in mari. et mortua fuisse di
citur. eiusdem significationis est cuius
tercia pars maris que in
sanguinem versa est. Per mare
autem sicut diximus multi do-

peccatorum designat. Pisces vero
cum ab aquis subtrahuntur vitas
amittunt. Electi vero qui diu
in aquis vitiorum suorum versantur
animas marinas habent, id est pec-
catorum vel tenebris involutas.
Cum vero aut per baptismum aut
per penitentiam ab aquis vitiorum
extrahuntur vitas pristinas
quas amittunt, cum spiritales
homines efficiuntur, moriuntur dya-
bolo ut vivant deo. Tertia
igitur pars piscium animas a-
miserunt, quia electi in eo tempore
fuerunt per observationem legis mor-
tui sunt peccato et receperunt
vitam deo. Naves autem que
aquas subire solent, illique [illegible]
eminent principes gentis
illius designant. Tertia vero
pars que interiit eos desi-
gnat qui ex eis iusti fuerunt
iuxta illum sensum quo di-
cimus eo quod interierunt
et mortui sunt peccato et vixe-
runt deo. Et tertius an-
gelus tuba cecinit et cecidit
de celo stella ardens tamquam
facula. Eandem significatorem
~~sicut~~ hic stella ardens quam
et angelus significat, nam
predicatores. Sed querendum nobis
est quomodo de celo in terram
cecidisse dicatur. Sancti quidem
dum modo in celum ascendunt
cum eos amor divinus ad ce-
lestia contemplanda elevat,
cadunt in terram cum eos amor

per proximorum ad ima transit,
ut predicatores sua praesentes
ad viam veritatis reducunt. Facula vero accenditur (Facula)
ut tenebras noctis depel-
lat. Verba igitur predicatorum
facule sunt, quia tenebras
peccatorum a mentibus
hominum fugant. Possumus
et iam per ignem facule
spiritum sanctum intelligere, qui
inflammat predicatores et multos
ab iniquitatibus converte-
runt et ea que ventura
erant predixerunt. Et ce-
cidit in tertiam partem flumi-
num et in fontes aquarum.
Per flumina et fontes
populi tribus cum suis [illegible]
designantur. Cecidit ergo
stella in tertiam partem flu-
minum, quia illi doctrinam
predicatorum receperunt et in
cordibus suis plantaverunt,
qui adiuncti etiam per celestia
ti caverunt. Et nomen stelle
dicitur absinthium. Absinthium
valde est amarum. Per ab-
sinthium igitur comminationes (absinthium)
predicatorum designantur quas
pro peccatis ingerebant
predicantes eis quod in
penam eternam agunt in pre-
dam et in captivitatem
hostibus suis dabuntur
et quod si vero sit peni-
tent morte perpetua damp-
narentur. Et facta est tertia pars

aquarum in absinthium. Illi
amaritudine penitencie
prevaricationes prophetarum
assumpserunt. quos superius
per terciam partem aquarum di-
ximus fuisse designatos
idest electi. Et multi ho-
mines mortui sunt de aquis.
quia amare facte sunt.
Illa namque amaritudo
prime mortem intulit eis
qui salui esse meruerunt
mortui sunt enim seculo id quod
mali erant et inceperunt
seculo id quod boni esse re-
perunt. Et quartus ange-
lus tuba cecinit. Quartus
angelus christum et apostolos
eius designat. Et percus-
sa est tercia pars solis
et tercia pars lune et tercia
pars stellarum ut obscura-
retur tercia pars eorum et
diei non luceret tercia pars
et noctis similiter. Sol
luna et stelle ad unam
rem pertinent. Videlicet per solem
populus iudeorum principes per
lunam uero synagoga
per stellas autem principes sacer-
dotum et pharisei designan-
tur. Quod si obscurationes
solis et lune atque stellarum
ad eos qui in christum credere
noluerunt transferre volue-
rimus ordo superiorum pertur-
babitur. Superius enim combustio-
nem terre tercie partis

que sub cantu tube primi an-
geli facta esse dicitur. conversionem
tercie partis maris in sanguinem
que sub cantu tube secundi
angeli facta fuisse visa est.
conversionem nichilominus
tercie partis aquarum in absinthium
que sub cantu tube tercii
angeli facta fuisse legitur.
in bonam partem accipienda
esse monstrauimus idest ad
electos pertinere. Consequens
est ergo ut percussionem solis et
lune atque stellarum in bonam
partem interpretemur. Terciam
itaque partem solis que percussa
est idest obscurata. hii qui
ex populo iudeorum in christum crede-
runt designant. Obscurati
sunt namque ipsis iudeis qui re-
fulserunt in conspectu dei. Similiter
et tercia pars lune atque stellarum
que obscurata est. hii qui ex
archisynagogis atque sacerdotibus
et phariseis in christum crede-
runt designantur. Qui ipsi
per nos lune idest christi
que preperit obscurati sunt
eis quorum mentis oculos
diabolus obtenebrat ne
in christum credant. Nam clari-
tas solis lippientes oculos
obcecat. magis quam illuminet.
Possumus per terciam partem diei
apostolos. per terciam autem partem
noctis eos qui ex gentibus
crediderunt intelligere. Ob-
scurati sunt namque eis apostoli

qui eorum doctrinam non solum spre-
uerunt. sed etiam ipsos usquequaque
persecuti sunt. De hac eorum obstina-
tione dominus dicit. Trademini
autem a parentibus et fratribus
et cognatis et amicis. et
morte afficient ex uobis. et
eritis odio omnibus hominibus
propter nomen meum. Et uidi et
audiui uocem unius aquile uo-
lantis per medium celum dicentis
uoce magna. Ve ue ue habi-
tantibus in terra: a uocibus trium
angelorum qui erant tuba ca-
nituri. Per celum in hoc loco
ecclesia designatur. Aquila uero
christum et apostolos eius demonstrat.
Aquila ergo per medium celum
uolabat et clamabat. quia
christus per iudeam. apostoli uero
eum per uniuersas gentes euan-
gelium predicauerunt. quas tria
persecutiones ab aduersariis ec-
clesia esset passura: multis mo-
dis predixerunt. Ideoque tria
ue possunt. ex quibus primum
ad hereticos pertinet. qui ecclesiam
multis modis impugnare
conati sunt. secundum ad paganos
pertinet. qui eandem ecclesiam
persecuti sunt maximamque
multitudinem fidelium interfe-
cerunt. tertium ad antichristum
qui prelio dei in fine mundi
debellatus est. Nec pu-
tare debemus quod tria ue de-
beamus ad electos pertineant
qui diuersas calamitates ab

impiis pertulerunt. sed potius
ad eosdem impios. qui
easdem calamitates intulerunt.
Unde et ue ue ue habitantibus
in terra dicit. Impii namque
qui nichil aliud quam
terrena querunt. habitatores
terre iure uocantur. Iusti
autem qui celestia semper de-
siderant: celi habitatores uo-
cantur. sicut dicit apostolus
paulus. Nostra conuersatio
in celis est. Et quintus an-
gelus tuba cecinit. Quintus
angelus defensores ecclesie
ortodoxe fidei designat.
Tuba cecinerunt. qui pro
defensione fidei omnibus
modis laborauerunt. Et uidi
stellam de celo cecidisse in
stella terram. Per stellas heresiarche
designantur. quia sicut stel-
le in celo refulgent. ita et
isti aliquando candente doc-
trina et sapientia refulgebant
in ecclesia. De celo in terram ce-
cidit: quia ab ecclesia pos-
tea reprobis. qui per terram
designantur sociati sunt.
Sed querendum nobis est. cur
primum hereticos. qui per stellam
et locustas designati sunt
posuit. et postea perse-
cutores. qui signantur per qua-
tuor angelos. de quibus
in sequentibus in sexta tuba
Exponi angeli. dictum est.
quia antiquiores imperatores

Romanorum ecclesiam dei ipse
qui instituissent heretica
esse reperit· sicut nicolaus
qui temporibus apostolorum extitit
et multi alii / Et data est
ei clavis putei abyssi· Per
clavem· liberum arbitrium
hereticorum quod habuerunt
in malo designavit· Per
abyssum vero corda eorum
puteum aut ora eorum desi
gnavit· Data est igitur
hereticis clavis putei a
byssi· quia permisit deus
hereses esse· ut qui probati
sunt manifesti fiant inter
vos / Et aperuit puteum
abyssi· Stella que de celo
cecidit puteum abyssi aperuit
quia heretici ad proferenda
mala· que in cordibus
eorum latebant· ora sua ape
ruerunt Et ascendit fumus
putei sicut fumus fornacis
magne· Per fumum doc
trina hereticorum· que per doc
trinam scripturarum primum ne
fumus clamavit Per for
nacem vero sepe corda i
piorum designantur· sicut dicit
propheta· Velud clibanus ar
dens corda eorum· Et obscu
ratus est sol et aer de fu
mo putei· Per solem sepe
christus intelligitur· In hoc
autem loco membra eius id
est predicatores sancti desig
nati sunt· Per aerem vero po
puli fideles· qui eis subi
ecti sunt· Sed quoniam

electi obscurati sunt· quos fumus
heretica decipere non valuit· Sed
obscurati sunt eis· quos heretici
decipere potuerunt· qui in
sapientibus plurimis desig
nantur· Veri claritas cor
rectis fidelibus latere non po
tuit· sicuti nec lucerna sub
modio abscondi potest· Et
de fumo exierunt locuste in terram
De fumo id est de doctrina eorum
qui heresiarche appellati sunt
magna multitudo hereticorum
generata est· In terram exierunt
quia a societate electorum separati
eis qui terram notantur id est i
fidelibus coniuncti sunt· Et data
est illis potestas· sicut habent
potestatem scorpiones terre Potestatem
deus dicitur dedisse quod permittit
Permittit ipsis mala agere·
ut eorum malis bona operentur
Per scorpiones vero possumus
demones accipere· quia sicut
scorpiones dum non providet
corpora hominum suo veneno inficiunt
et extinguit· ita et demones
mentibus hominibus venena
malarum persuasionum ingerunt·
et dum ad perpetranda scelera
pertrahunt eorum animas veneno
sue malicie infectas occidunt
Potestas quoque locustarum id est
hereticorum similis est potestati
scorpionum id est demonum· quia
sicut demones insidiari semper
insistunt· ut quoscumque pos
sint decipiant· ita heretici tota
virtute laborant· ut quoscumque

scorpio

possint in fornacem sue perditionis demergant. Et preceptum est illis ne lederent fenum terre neque omne viride neque omnem arborem. Per fenum significat fenum terre; hoc et omne viride. Nam sicut superius sub tintinnabulo primi angeli omne fenum viride quod combustum esse dicitur electi qui in primis temporibus fuerunt designantur, ita et hic per fenum terre et omne viride fidelis populus est designatus. Per arbores vero doctores ecclesie. Prohibiti sunt ergo heretici ne lederent fenum terre neque omne viride neque omnem arborem, quia non permisit deus ut eos qui viriditatem fidei habebant et qui fidem operibus perficiebant, operibus implebant, neque sanctos predicatores qui non sicut spine vel tribuli, ex quibus neque uve neque ficus colliguntur, sed portant ut arbores fructus bonorum operum ferentes, ex quibus fideles populi reficiebantur, heretici decipient. Unde sequitur: Nisi homines qui non habent signum dei in frontibus suis. Quod est signum dei nisi caritas, de qua idem Johannes loquitur dicens: Deus caritas est. Possumus vero per frondes que qualitates mentium sepissime demonstrant corda reproborum

signum dei caritas

intelligere. Illi ergo facile ab hereticis decipiebantur, qui signum dei vivi id est caritatem in cordibus suis non habebant. Et preceptum est illis ne occiderent eos. Per hoc quod dicit preceptum est illis, videtur innuere ad demones pertinere. Tanta est enim nequitia demonum, ut si deus hoc permisisset, statim ut homo mortale facinus admisisset eum interficerent. Sed expectat deus homines ipsos aut aliquando penitentiam agendo reddant et salventur, sicut iusti per eos probantur. Nam et psalmista cum de impiis loqueretur, postulabat dicens: Nequando obliviscantur populi mei, ne occidas. Et in iudicum libro scriptum est quod dimisit deus chananeos et philisteos ut in eis experiretur Israel et haberent scientiam certandi cum hostibus. Precepit ergo deus, id est non permisit ut exterminarent sive omnes heretici sive impii, ut sicut iusti per eos probarentur, sit autem quod probatur purgetur. Unde et sequitur: Sed ut cruciarent mensibus quinque. Per menses quinque omne tempus huius vite potest intelligi, quod in quinque etatibus consistit. Possumus

Prima namque etas est in
fancia. Secunda puericia. Ter
cia adolescencia. Quarta
iuventus. Quinta senec
tus. Quamvis beatus gregori
us cum sex etatibus mundi
etates hominum conformaret
senectutem in duas partes
diviserit. Quinque ergo
mensibus idem in omni te
mpore patitur non solum heretici
sed et omnes impii cruciantur.
Hi tamen velut nolunt cum
ad memoriam mortem pe
narumque que mortem sequntur
reducunt. quamvis de prospe
ritatibus seculi videantur
opulentie. cruciantur tamen
intrinsecus. eo quod sciant
se pro scelleribus suis eterna
liter esse cruciandos. Con
traria iusti quamvis extrin
secus diversis modis affligantur.
intrinsecus tamen de spe ce
lestis glorie ad quam se per
venturos esse credunt con
solantur. Possumus etiam
per quinque menses omne tempus
huius mundi intelligere. Primus
namque mensis est ab origine
mundi usque ad diluvium.
Secundus a diluvio usque ad
moysen. Tercius a moyse
usque ad david. Quartus
a david usque ad christum. Quin
tus a christo usque ad consumma
tionem seculi. In his ergo quinque
mensibus omnes fideles ab
hereticis eorum cruciantur.

sive eo modo quo superius di
ximus. sive quod falsas adnun
ciones suas videant a veritate separ
separare. Et cruciatus eorum ut cru
ciatus scorpii cum percutit hominem.
Diximus superius per scorpiones
demones esse designatos. Qui
sicut scorpio corpus aculeo
vulnerat. ut per vulnus venenum
intromittat. per quod hominem
interficiat. ita et dyabolus
aut ira aut superbia. aut li
bidine aut aliqua delectatione
carnis mentem vulnerat. ut per
hoc venenum sue malicie in
fundat. animamque interficiat.
Cruciatus ergo locustarum similis
est cruciatui scorpii dicitur. quia
heretici imitantes patrem suum
dyabolum. plena verba atque
composita. mentes hominum
spiritum vulnerabant: vene
numque sui erroris infundentes
eorum animas necabant. Pos
sumus quippe per cruciatum eorum
interfectionem intelligere. Et in
diebus illis querent homines
mortem. et non invenient eam.
et cupient mori. et fugiet
mors ab ipsis. Hec sententia
ad electos pertinet. In diebus
illis idest in diebus quibus
ewangelii gratia per universum
mundum refulget querent
homines mortem. Querebat
paulus mortem persequendo
ecclesiam dei. et non inveniebat
eam. quia prius qui est mundus

impenetrabilis se illi obiciens.
a morte quam querebat adiutum
quod est ipse moleuit reductus
sunt et alii multi. qui que
sierunt mortem. aut certam
dei percipiendo. aut ceterum
mala experiendo. sed fugit mors
ab eis. quia predicatorum suorum
adiutum sunt renouati. Nos
et iam quosdam vidimus qui
quesierunt mortem. et non i
nuenerunt eam. et cupierunt
mori. et fugit mors ab ipsis
Scimus eciam quosdam fuisse
qui amplius quam oportebat
seculum diligentes multo tempore
multisque modis laborasse
ut diuites fierent: cupien
tes deliciose viuere. et desi
deria carnis sue perficere
sed cum adhuc quod optabant
peruenire non possent respuen
tes seculi falsa promissa.
ad diuicias celestes acqui
rendas se contulerunt. atque
ad earum preceptum sic credimus
bonis operibus insistendo ve
nire meruerunt. Vidimus
nichilominus quosdam mona
steria reliquisse et ad seculum
transisse. et in principio quosdam
homini potenti se tradidisse
ut tenues diuicias atque
possessiones. quas per se habere
non poterant eorum suffragiis
obtinerent. sed cum ad id quod
desiderabant peruenire non pos
sent: seculum reliquisse. et ad

monasterium sua redisse. atque
in bonis operibus vitam ter
minasse. Hii ergo quesierunt
mortem et non inuenerunt eam
et cupierunt mori. et fugit
mors ab ipsis. De talibus
deus sub specie uxoris ad pro
phetam loquitur dicens
Ecce ego sepiam viam
tuam spinis. et sepiam eam
maceria. et semitas suas
non inueniet. Et sequetur
amatores suos. et non
apprehendet eos. queret
et non inueniet eos. Ama
tores uero sunt desideria
carnalia. Amatores nostros
sequimur. qui in hoc labo
rauimus ut diuiciarum posse
ssores efficeremur. ut habeamus
unde desideria carnalia
compleremus. Amatores nostros
sequimur. et non apprehendimus:
quia misericordia dei impedien
te adhuc quod intendimus desi
derium peruenire non possumus
Et similitudines locu
starum. similes equis pa
ratis in prelium. Per equos sepe
predicatores sunt designati.
sicut Abacuc propheta in can
tico suo loquitur dicens
Viam fecisti in mari equis
tuis: in luto aquarum multarum:
qui in inicio fidei patrum
mundo largitus est. ut
apostoli eius promissas gen
tes que predicare et luti eqm

designata sunt possent di-
seminare: et semina dei spar-
gere. Capita ergo dei ad prelium
parabantur. qui predicatores
sunt et verbo et virtutibus ad
hoc armabantur. ut genus
humanum de potestate dyaboli
eruerent. Locuste vero similes
equis paratis in prelium esse
dicuntur. quia sicut predica-
tores sunt tota mente labo-
rant. ut quoscumque possunt
de laqueis dyaboli eripiant.
ita et heretici ad hoc semper
armabantur. ut quoscumque
possent decipere in baratrum
sue dampnationis inval-
verent. Et super capita ea-
rumque tamquam corone similes
auro. Corone per aurum sapientia
designatur. Quia ut superius
iam diximus. In coronis
locustarum aurum non erat
sed similitudinem auri habebant.
quia sapientia secularis in qua
maxime heretici confidebant
aurum non erat. id est sapientia
sed potius stulticia sicut dicit
apostolus paulus. Sapientia
huius mundi stulticia est
apud deum. Et facies earum
sicut facies hominum. Homo
rationale est animal. Per
faciem vero hominum scientiam
divinarum scripturarum intel-
ligere possumus. quam heretici
habere studebant. ut per eam
facilius simplices quosque
deciperent. Locuste igitur

facies hominum hic videbantur
sed similitudo erat non veritas.
quia heretici quidem videbantur
scientiam habere divinarum scripturarum
sed per eius auctoritate disturbabant
quia non recte eam intellige-
bant. Et habebant capillos
sicut capillos mulierum. Per capil-
los qui sine sensu preciduntur
possumus maximam multitudinem
stultorum intelligere. qui ab
hereticis facile decipiebantur
quia sicut capilli absque in-
iuria preciduntur. ita et isti
ab ecclesia sine aliquo dispen-
dio precisi sunt. Per mulieres vero
diversas ecclesias possumus intel-
ligere. Habebant igitur locuste
capillos sicut capillos mu-
lierum. quia sicut sancte dei ecclesie
habebant turmas suas in
certis temporibus ad divina officia
celebranda confluebant. ita
et heretici habebant populos
insanos. qui diversis in locis
conveniebant non ad misteria
divina. sed ad dyabolica ce-
lebranda. Et dentes earum sicut
leonum erant. Officium dentium
est ut quidquid mittitur recipiunt terendo
consumant. et in ventrem ulterius
demergant. Possumus ergo
per leones et dentes persecu-
tores ecclesie intelligere. Per
leones quidem principes. per den-
tes autem eos qui corpora imperio
suo dei laniabant. Dentes
igitur hereticorum sicut leonum erant

quia sicut pagani ecclesiam
dei persequebantur et quoscumque
poterant tortionibus atque tem-
ptationibus impeditionibus voragine
implicabant. ita et heretici
quosdam potentes homines
sibi fauentes ecclesiam dei
persecuti sunt multos scilicet mo-
dentium minis et in pressuris
afflictos in ueneno sue mali-
tie demerserunt. Et uox a-
larum earum sicut uox curruum
multorum currentium in bellum.
Possumus palam uerba here-
ticorum intelligere. quia sicut ale
aues aerea subleuant.
ita heretici suis eloquiis
extolluntur. Currus uero pre-
dicatores designantur sicut
supra diximus. Vox ergo
alarum locustarum erit. sicut
uox curruum multorum currentium
in bellum. quia sicut predicato-
res sancti uoces predicationis emit-
tebant cum pergerent ad bella
contra dyabolum. ut genus humanum
de potestate eius liberarent
ita et heretici cum quasque di-
scurrebant falsam doctrinam
spargendo. ut quoscumque pos-
sent deciperent et dyabolo sub-
iugarent. Et habebant cau-
das similes scorpionum. et
aculei erant in caudis earum.
Ysayas propheta dicit. Cauda
propheta docens mendacium
cauda est. Heretici ergo qui
post noticiam diuinarum scripturarum

Hereticos se esse confitentur non
ignorauerunt caudis scorpio-
num assimilantur. quia eorum
doctrina falsa erat et uene-
nosa. Unde et aculeos in
caudis habuisse dicuntur. Per
aculeos uero blasphemie
quas in diuinis scripturis
intermiscebant designantur.
Et sicut scorpius innoxius
esset si aculeus deesset. ita
et doctrina hereticorum bona
esset si tantum blasphemiis
non fedarentur. quas in diuinis
scripturis intermiscebant.
Potestas eorum nocere hominibus
mensibus quinque. Et quinque
sunt menses quinque supra
dictum est. Et habebant
super se regem angelum a-
byssi. cui nomen hebraice
abaddon. grece appollion
et latine habens nomen exterminans.
Certum est omnibus hereticorum
principem esse dyabolum. sic-
ut dicit abdon. idest ipse
est rex super filios superbie.
Unde et exterminator voca-
tur quod exterminator sit tocius
boni uirtutis. Ve unum
abiit. et ecce ueniunt
adhuc duo ve. Et sextus 6
angelus tuba cecinit.
Per sextum angelum martires
designantur. Sextus angelus
tuba cecinit. quia mar-
tires Christi doctrinam fidei in
fidelibus confirmauerunt. Et

audiui vocem vnam ex quat
uor cornibus altaris aurei. quod
est in conspectu domini. dicente
sexto angelo. Per altare au
reum sicut superius eciam
diximus ecclesia designatur.
Quatuor vero cornua al
taris quatuor euangelistas
demonstrant. Vocem ergo
vnam ex quatuor cornibus
altaris aurei audisse se
se dicit. Quod autem hec
vox sexto angelo dicat.
subdendo manifestat.
Vade et solue quatuor
angelos: qui alligati sunt
in flumine magno euf
raten. Primum dicamus qui
sint quatuor angeli. quid
vincula quid eufrates
et postea cur sexto an
gelo precipiat euangelium
ut soluat quatuor angelos
diligencius inuestigabimus
Nam sicut superius in aperi
cione sexti sigilli quatuor angeli
super quatuor angulos terre ste
tisse nos sunt tenentes
quatuor ventos terre ne flarent
super terram neque in ullam arbo
rem. ita et hic sub cantu
tube sexti angeli quatuor
angeli in flumine magno
eufraten alligati esse re
feruntur. Eandem significa
cionem habent quatuor angeli
isti quam illi. Qui significant

eius quatuor regna Assiriorum vide
licet. et Persarum. Macedonum atque
Romanorum. Et quia potestas
quatuor regnorum sicut superius
diximus ad romanos secesse
rat. per quatuor angelos in hoc
loco romani designantur. per
eufraten vero hic mundus intel(ligitur).
Quid sint ergo vincula iiijor
angelorum superius manifesta(tur).
Nam supra scriptum est quod
vidit alterum angelum descen
disse de celo habentem signum
dei viui et clamauit voce
magna quatuor angelis quibus
datum est nocere terre et mari
dicens. Nolite nocere terre et mari
neque arboribus. quo adusque
signemus seruos dei nostri in
frontibus eorum. Per angelum qui
habebat signum dei viui Christum
diximus fuisse designatum.
Vincula igitur quatuor angelorum
illa sunt dum Romani de his
predicatoribus. ut ipsi cessa
rent et cessaret donec semina
dei per omnes gentes spargerentur.
Quia ergo potestate fecit hec de
vrbibus prefuisse Romani na(m)
ante aduentum Christi cedibus
et rapinis atque effusione san
guinis gencium innumerabilium
sanari potuerunt. Veniens ergo
Christus in carne. pacem vnde
largitus est et romani qui
ab effusione sanguinis prohibiti
sunt. Precepit ergo vox que
processit a quatuor cornibus altaris

anni sexto angelo qui habe-
bat tubam ut solveret quatuor
angelos. quia doctrina ewangelii
precepit predicatoribus verbi
dei. ut nullis minis. nullis
tortionibus hominum impiorum terre-
rentur ut cessent ab officio predicationis
sicut dominus dicit in ewangelio
Nolite timere eos. qui occidunt
corpus. animam autem non possunt
occidere. Imperatores quoque
Romanorum. ceteri principes terre
cum viderent religionem christianam
crescere augeri et animam in
dolorem cruciari: intimati sunt
omnibus qui christum colerent
aut predicarent. Sextus
ergo angelus id est martires
quatuor angelos id est perse-
cutores suos quasi solvunt cum
propter inseparabilem ewangelii adi-
constanciam ad persequendos
eos armavit. Unde sequitur
Et soluti sunt quatuor an-
geli qui parati erant in horam
et diem et mensem et annum
ut interficerent terciam partem
hominum. Soluti sunt quatuor
angeli quia impii homines
pelle abiecta manibusque
solutis quas pax alligave-
rat. persecuti sunt populum dei
Quod autem dicit parati erant
impiorum hominum voluntatem
demonstrat. quia aliquam
temporibus persecutionis nec inveniunt
nec ... parati erant. ut populum

dei interficerent. Quare terciam
partem hominum sicut superius
dictum est electos significat
Pro eo quod in horam. et
diem et mensem et annum
quatuor angeli ut inter-
ficerent terciam partem hominum
parati esse dicuntur. possumus
accipere quatuor tempora. qui ab
initio mundi fuerunt. et erunt
usque ad finem seculi. Pri-
mum quippe tempus ab inicio
mundi usque ad diluvium. Secun-
dum tempus a diluvio usque
ad legem. Tercium sequitur
tempus sub lege. Quartum tempus
sub gratia designat. Numerus
ergo quatuor temporibus semper
reprobi persequuntur electos.
Et numerus equestris exerci-
tus vicies milies dena milia
audivi numerum eorum. Equi
designant persequentes angelos
ipsi et per equestres exercitus
persecutores intelligi possunt
Exercitus autem persecutorum
equestris esse dicitur. quia
sicut homo deus equos suos
id est suos predicatores qui
eum per universum mundum vel
orbem deportaverunt. ita
homo dyabolus equos suos
id est omnes impios. super quos
sedet. et ad perpetranda sce-
lera diversa impellit Equi-
tes vicies milies dena milia

dicuntur esse. Per infinitum
namque numerum persecutorum in
numerabilis multitudo exprimitur.
Et ita vidi equos in visione
et qui sedebant super eos ha
bebant loricas igneas et
iacinctinas et sulphureas
Iuxta hoc loco per equos in sanc
te. possessores autem equorum
principes terre designantur
Per loricas vero que ictus
gladiorum a se repellunt duri
tia cordium reproborum signatur
que ad corda eorum gladium
spiritus quod est verbum dei acce
dere non sinit. Que vero lorice
ignee iacinctine et sulphu
ree esse dicuntur. Per ignem
plane crudelitas mentis
persecutorum per iacinctum qui
celi figuram habet honor deitatis
quem diis suis vere ferebant
Per sulphur vero quod fe
tet blasphemie quas in
christum proferebant designantur
Persecutores igitur loricas
igneas et iacinctinas et
sulphureas habuisse dicuntur
quia partim propter crudelitatem
mentis corda sua indura
verunt ut non solum in christo
non crederent sed et servos
eius persequerentur partim propter
defensionem deorum falsorum
partim propter blasphemias quas
in christum proferebant dicentes
eum magum fuisse et seduc
torem. Et capita equorum tam
quam capita leonum. Per capi

ta equorum imperatores roma
norum designantur qui capita
esse videbantur omnium persecutorum
Qui et iam propter insaciabilitatem
rabiem leonibus comparantur
Et de ore eorum procedit ignis
fumus et sulphur. Per ignem
impia precepta imperatorum
designantur qui per verba dei in
terfici videbantur. Per fumum vero
honor deitatis quem in diis
suis deferre videbantur. Et
recte per fumum ydolatrie fal
sitas designatur quia sicut
fumus a facie venti evane
scit ita et cultura ydolorum
in conspectu predicatoribus
ewangelia deperit. Per
sulphur autem blasphemie quas
in christo ingerebant designantur
Ab hiis tribus plagis inter
fecta est tertia pars hominum
id est multitudo martirum. Per ignem
videlicet fumum et sulphurem qui
procedebat de ore ipsorum. Pro
cedebat quippe ignis de ore
ipsorum id est iussio impiissima
qua precipiebant ut sancti
martires interficerentur. Procedebat
et fumus quod precipiebant
ut honor deitatis ab omnibus
hominibus diis impenderetur.
Procedebat et sulphur id est
blasphemie in christum precipie
tes ut religio christiana fundi
tus de mundo extingueretur. Po
testas enim equorum in ore ipsorum
est et in caudis eorum. Per ipsa
capita equorum ut leonum

et dicuntur. In ore vero leonum dentes consistunt quibus conterit et dilaniat omnia quecumque capit. Possumus itaque per dentes carnifices intelligere qui corpore leonum id est in parte persecutorum positi corpora imperio domini sui cruciatibus corpora sanctorum cruciabant. Corpora igitur sanctorum persecutores in ore id est in potestate habebant. Sed animas non habebant. sicut dominus dicit in ewangelio Nolite timere eos qui corpus occidunt. animam autem non possunt occidere. Et ideo potestas persecutorum tantum modo in ore erat. quia corpora sanctorum in potestate habebant. Sed animas non habebant. Et tide poterant. quas vincere non valebant. Per caudas vero philozophorum atque poetarum designatur. Nam caude eorum similes serpentibus habentes capita. et in his nocent. Recte doctrina philozophorum serpentibus assimilatur. quia plena erat veneno mendaciorum. Qui serpentes capita habere esse dicuntur. quia omnes errores gentilium precipuos habebant auctores. Potestas ergo in caudis eorum erat. quia persecutores ecclesie per doctrinam philozophorum volebant evertere religionem christianam. Et ceteri homines qui non sunt occisi in

his plagis neque egerunt penitentiam ab operibus manuum suarum. ut non adorarent demonia et simulacra aurea et argentea et erea et lapidea et lignea que neque videre possunt neque audire neque ambulare. et non egerunt penitentiam ab homicidiis suis et a veneficiis suis. et a fornicatione sua et a furtis suis. Sub audi. perierunt. Tercia igitur pars que interfecta est salva facta est. id est electi. quorum multi pro christi nomine interfecti sunt. reliqui libentissime occumberent si necessitas exegisset. Ceteri vero. id est pagani. qui christo credere noluerunt. ut agerent penitentiam ab iniquitatibus suis perierunt. Et vidi alium angelum fortem descendentem de celo amictum nube: et iris in capite eius. Quia superius adversitates ecclesie narraverat que ab hereticis et paganis passa est. restat nunc ut prosperitates eius. qualiter inter persecutiones creverit narraret. Constat namque ecclesiam in persecutionibus crevisse. quanto amplius affligebatur. tanto amplius confortabatur et crescebat. sicut de filiis israel in antiquam alias de eadem scriptum legimus. qui quanto amplius ab egiptiis affligebantur tanto amplius multiplicabantur. Angelus fortis dominum

noster ihesus christus designatur de quo dicit psalmista Dominus fortis et potens: dominus potens in prelio. Eterni descendens de celo amictus nube esse dicitur quia dominus noster veniens in mundum carnem que per nubem designata est induit ut peccatoribus assimilatus se hominibus conformaret quos redimere veniebat. Per yrim vero misericordia dei designatur sicut supra diximus. Per caput vero eius divinitas in hoc loco intelligitur. Yrim in capite habebat quia eius divinitas cum incarnationem suam tantam miseriam assumpserat ut homo fieri abhominantibus non dedignaretur. et adulterum pessima morte dampnari. Et facies eius erat ut sol. Sepe per solem deus designatur quia sol omnes creaturas visibiles suo splendore atque pulchritudine antecedit. Et quia creatura potest comparari creatori. Res per significans visibiles sepe invisibilia demonstrant. Intuende igitur electorum deus sol est quem eterne prosperitatis in celo desistunt. et ad eius pulchritudinem intuendam se perventuros credunt. Et pedes eius tamquam columpna ignis. Per columpnam igitur ecclesiam possumus accipere sive quia spiritu sancto ignita resplendet. sive quia amore dei atque proximi indesinenter ardet. Per duos vero pedes duos apostolos intelligere debemus quia duobus igitur pedibus una columpna efficitur. quia per duos apostolos iudeis scilicet atque gentibus una ecclesia fabricata est. Possumus et per duos pedes duo testamenta intelligere sicut in sequentibus plenius demonstrabimus. Iter discordat a sensu superiori eo quod vetus testamentum iudeis non minus quam specialiter gentibus sit traditum. Et habebat in manu sua libellum apertum. Hic liber supra septem sigillis signatus fuisse describitur. Et de eius apertione domino largiente aliqua diximus. Libellum igitur apertum in manu sua dominus noster ihesus christus tenere visus est. quia sensus divinarum scripturarum doctoribus ecclesie ipse aperuit. Et posuit pedem suum dextrum super mare. sinistrum autem super terram. Per pedem dextrum sicut diximus novum testamentum. Per sinistrum vetus designatur. Possumus autem per mare populum gentium intelligere propter instabilitatem ignorantie atque errorum. Per terram vero que excolitur ut fructum ferat iudeos qui excolebantur per disciplinam legis et fructum ferebant cum precepta legalia quamvis carnaliter implebant. Pedem ergo suum dextrum dominus super mare posuit quia spiritualem gentibus doctrinam evangelii quam iudeis tradidit sicut apostolus paulus eisdem iudeis

loquitur dicens. Vobis oportebit
prius loqui verbum dei. Sed quia re
pulistis illud et vos indignos
fecistis uite eterne, ecce conuer
timur ad gentes. Per pedem sinistrum
septimam possunt. qui legem
iudeis specialiter tradidit. Sed
ultimum monet quod postre
mo prius commemorauit. Et po
ne postremus et quod indiuinitus
scriptis hoc sepe contingat.
Ad quod concordant verba. Vin
centius comprehendis in psal
mo centesimo quinto. Cum
diripuisset terra est et deglu
tiuit dathan et operuit su
per congregationem abyron et exarsit
ignis in synagoga eorum. flamma
combussit peccatores. Retro re
uertitur et dicit. Et fecerunt
vitulum in oreb. et adorauerunt
sculptile. Vel et in concinet
per dexteram pedem nouum te
stamentum. per sinistrum autem vetus
designatur. eo quod vetus te
stamentum umbra fuit noui te
stamenti. Et clamauit: quemad
tu modum leo rugit. Clamauit
prius plagam. Sed non quemad
modum cum leo rugit. Cla
mauit postea postea per
ewangelium: quemadmodum cum leo
rugit. quia in orbem terrarum
vox eius intonuit. Et cum
clamasset locuta sunt septem
voces suas. Per septem toni
trua septem voces possumus
accipere. Clamauit prius plage
sed septem tonitrua non sonuit
clamauit perwantissimum

et locuta sunt septem toni
trua voces suas. Nam illi
1 quibus lex dicebat. male
dictus qui non reliquerit
semen suum in israel. et quibus
ob hoc plures vxores atque
concubinas habere licitum
erat. pudicicie tonitruum
2 nequaquam sonuerat. Et aliter
et illis quibus lex dicebat
oculum pro oculo dentem pro
dente. et qualem inflixerit
quis maculam. talem
sustinere cogatur. nondum tono
nitruum pacientie audierant.
3 Et illi tonitruum caritatis
nec dum perfecte audierant
quibus lex dudum dicebat.
Diliges amicum tuum et
odio habebis inimicum
tuum. Et de ceteris uirtuti
bus intelligendum est. Sep
tem ergo tonitrua locuta
sunt. per doctrinam evangelii sub
limitas uirtutum cepit de
monstrari. Et audiui uo
cem de celo dicentem michi.
Signa que locuta sunt
septem tonitrua. noli ea
scribere. Vox de celo vox de
terra. Scribere nec est pre
dicare. quia sicut scriptor
atramento in volumine
scribit. unde legentes eru
diuntur. ita et quilibet doc
tor verba dei scribit. cum
ea predicando in cordibus
audientium plantat. Vo
cem ergo que de celo sonuit prohi
bentem ne septem tonitrua

scriberentur in actibus apostolorum et in epistolis Pauli invenire possumus. In initio namque fidei predicatores sancti videntes infirmitates gentium ad fidem venientium non sunt ausi eis austeriora Christi precepta committere ne forte districtione preceptorum territi non auderent ad fidem Christi suscipiendam accedere sicut Paulus apostolus discipulis suis scripsit dicens: Tamquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi non escam. Nondum enim poteratis. Sed nec adhuc quidem potestis. adhuc enim estis carnales. Petrus et apostoli qui erant Iherosolimis eis qui ex gentibus crediderant mandaverunt dicentes: Placuit spiritui sancto et nobis nichil imponere vobis oneris nisi ut abstineatis vos ab hiis que ydolis immolantur et fornicatione et suffocato et sanguine. Vox ergo illa de celo loquitur ne septem tonitrua scriberet quia apostoli qui per celum designantur primis predicationibus preceperunt ne novi ad fidem venientes subito ad celsitudinem virtutum conscendere cogerentur donec in fide confortati et iam ad operandum virtutum transire possent. Et angelus quem vidi stantem super mare et super terram levavit manum suam in celum et iuravit per viventem in secula seculorum qui creavit celum et ea que in eo sunt terram et ea que in ea sunt mare et ea que in eo sunt quia tempus amplius non erit sed in diebus septimi angeli cum ceperit tuba canere consummabitur misterium dei sicut evangelizavit per servos suos prophetas. Nos qui nimium volumus ut firmum sit quod loquimur dixisse quod deum iurasse est quod fieri non potest ut quod loquitur deus irritum fiat sicut ipse dixit: Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt. Cum igitur per viventem in secula et per quem omnes creaturas imminet per semetipsum iuravit quia omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil. Iuravit autem in quibusdam verbis semetipsum alligando sed dicendo que ventura erant. Per septimum angelum predicatores qui in fine mundi futuri sunt designantur de quibus in scripturis dicitur. Iuravit ergo per viventem quod in diebus septimi angeli consummabitur misterium dei sicut evangelizavit per servos suos prophetas quia predixit quod tunc veniet finis cum numerus electorum fuerit completus. Et vocem quam audivi de celo iterum loquentem mecum et dicentem: Vade et accipe librum

de manu angeli stantis sup
mare et sup terram. Vocem
p[ri]ma cum dicat qui de celo a
uditam est. signat que locuta
sunt septem tonitrua. et no
li ea scribere. Eandem itaque no
tam se iterum audisse dicit. quia
eiusdem namque spiritus sancti sunt
illa tunc et ista. Prophetam
in hoc loco omnes apostolos pos
sumus intelligere. Vox quoque divina
iohanni locuta est. ut iret
ad angelum et acciperet apertum librum
quia spiritus sancti gracia apostolis in
spiravit. ut videlicet omnibus
opum sapientie. ut doctrinam
evangelii apertam preparent. Et
abii ad angelum dicens ei. ut
daret michi librum. Abierunt
apostoli ad Christum. ut aperta doctrina
divinarum scripturarum instruerentur.
Et dixit michi. Accipe et devo
ra eum et faciet amaricari
ventrem tuum. sed in ore tuo erit
dulce tamquam mel. Et cum
devorassem eum. amaricatus
est venter meus. Per os in
tuos sapores discernuntur. cer
ta apostolorum intelligere possumus.
Ventrem autem mentis cuius
spurcitia corporis commoratur.
memoriam peccatorum intelligere
debemus. Liber igitur dum de
voratur. ut in mel dulce fuis
se dicitur. quia divina scriptura
dum in mente revolvitur vi
tamque eterna mandata dei
custodientibus repromittit

dulcis ut mel in corde efficitur.
Cum vero mente aspicientibus
ad inferiora. id est ea que tem
placam patrie celestis ad
peccata sua intuenda deducit.
penasque quas impii pro peccatis
passuri sunt ostendit. quod
antea fuerat dulcis in demon
stratione glorie celestis. a
marum efficitur in ostensione
peccatorum. Possumus in hoc de
iohanne proprie intelligere qui
cum ipsum scriberet. pathmos
in exilium deductus est. Et
quia post absenciam eius
heretica aliquam dei inseruit
post reversionem suam de exilio
ad eorum blasphemias destruen
das compulsus est evangelium
scribere. Precepit igitur vox
divina iohanni ut iret ad glaz.
angelum et acciperet apertum
librum. quia spiritus sanctus hoc
iohanni inspirando suasit. ut
iret ad Christum non passibus
corporis. sed passibus mentis
ad considerandam eius divinitatis
potenciam. atque cum patre
equalitatem. ut de divinitate
eius libellum omnibus fi
delibus salutiferum posset
conscribere. Devoravit
quoque iohannes librum. cum scientiam
evangelii quod postea scripsit
plenissime accepit. Liber
itaque dum devoratur. dulce
dinem mellis ori exhibuit
quia divina scriptura quanto
amplius in corde ruminatur

tanto salubriore dulcedine
exhibet. Passiones autem pe-
nitentie iniquo esse putant
carnem sapientes mortalium in-
telligere. Liber quidem qui in ore
dulcis fuit amaritudine
ventri generavit. Quia sancti
viri quanto amplius in me-
ditatione divinarum scripturarum
dediti quantoque eius medi-
tatio dulcior sit in mente
tanto maiorem amaritu-
dinem sue exhibeant afflige-
do videlicet carnem ieiuniis
vigiliis abstinentia ceterisque
virtutibus. Et dixit michi.
Oportet te iterum prophetare po-
pulis et gentibus et linguis
et regibus multis. Predicat-
ur quod ab exilio predica-
tum redditus sit. Ecclesiastice histo-
rie tradunt quod post
reversionem suam de exilio suo
in Epheso et adiacentia
loca eius predicavit. ibique
mortuus sit et corpore quiescit.
quomodo populis et gentibus
et linguis et regibus multis
prophetasse dicitur. Et prophetavit
idest predicavit evangeli-
um quod postea scripsit omnibus
gentibus et linguis et regibus
multis. quia per omnes terras
diffusum est. et in meditatione
eius etiam tirannorum populi reges
multi profitentur. Et datus
est michi calamus mensure
similis virge dicens. Surge
et metire templum dei et altare
et adorantes in eo. Per calamum
quo antiquitus scribere solebant
evangelium quod ei datum est
a domino. et quod postea scrip-
sit designatur. Per virgam vero
sepe disciplina accipitur. Ca-
lamus igitur qui ei datus
est similis virge fuit. quia
disciplina christianorum evangelium
Unde templum et altare et
adorantes in eo metiri pre-
cipitur. Per templum namque celica
patria sancti et perfecti vi-
ri qui in celica consistunt.
Per adorantes autem in eo cetera
multitudo que eorum doctrina
instruitur designatur. Templum
namque dei et altare atque
adorantes in eo unusquisque
predicator metitur dum unicuique
secundum propriam capacitatem spiritualis
gratie doctrinam administrat.
Aliter enim dicendus est sa-
piens aliter litteratus aliter
illitteratus aliter paganus
aliter christianus aliter hereticus
aliter katholicus. Nam et
dominus dicit in evangelio quia pater
familias peregre proficiscens
vocavit servos suos et tradi-
dit bona sua et uni dedit
quinque talenta alii autem
duo alii vero unum unicuique
secundum propriam virtutem. Atrium
autem quod est foris
eice foras et ne metieris
eum quia datum est gentibus.
Si foris erit quomodo pote-
rit eici. Per atrium quo iudei
designantur. Iudei quidem foris
erant per incredulitatem. Si-
cut et ceteri apostoli

adheserunt eos pro amore in credi
bus suis tenebant. sicut dicit
apostolus paulus Optabo ego
ipse anathema esse a christo pro
fratribus meis. qui sunt cog
nati mei secundum carnem. qui sunt
israhelite. Unde precepit
ei ne eis mitteret. id est verba
predicationis. ne eis ministret
sicut in ewangelio ipse precepit
dicens. Nolite mittere
margaritas vestras ante por
cos. ne conculcent eas pedibus
suis. et conversi elidant vos
Et ad prophetam ezechielem
loquitur dicens. Ecce ego ad
herere faciam linguam tuam
palato tuo. ut eris quasi
vir obiurgans. quia domus
exasperans est. Hoc atrium
datum gentilibus esse dicitur
quia iudei propter incredulitatem
suam paganis gentibus e
rant vincti. Qui traditi
sunt gentibus. id est romanis
ut ab eis delerentur atque con
culcarentur. Et civitatem sanctam
calcabunt mensibus xl duo
bus. Dubito saltem fuit ad
heliam atque enoch. qui tempore
antichristi venturi sunt. et pul
chro satis creditur. videlicet ut qui
iudeorum deiectionem prefiguram
antique prelati corporis restau
rationis tercie subvenerint
Constat enim iudeis in fine
mundi predicatione helye ad
fidem christi esse revertendos. Ci

vitatem itaque sanctam id est
ecclesiam. antichristus et ministri
eius calcabunt. id est per
sequentur mensibus xl duobus
qui faciunt tres annos et
dimidium. Et dabo duobus
testibus meis. et prophetabunt
diebus mille ducentis
lx. amicti saccis. Testes
suos dicit heliam et enoch
vocat. qui adventum eius
secundum precurrent. sicut iohannes
precurrit primum. Hii sunt
due olive et duo cande
labra in conspectu domini terre
stantes. Oliva oleum fert
quod super candelabrum positum
ponitur. ut luceant omnibus
oleu qui in domo sunt. Per oleum
in hoc loco supernam spiritalem
passionem accipe. Unusquisque
enim oliva tunc est quando apud
se quiescens. per contemplationem
gratiam dei studere studet. qui
illud implere studet quod dominus
dicit in ewangelio. Nesciat
sinistra tua quid faciat dex
tera tua. ut sit elemosina
tua in abscondito. et pater
tuus qui videt in abscondi
to reddet tibi. Candelabrum
vero tunc fit. quando illud im
plet quod dominus dicit in ewangelio
Videant opera vestra bona.
et glorificent patrem vestrum
qui est in celis. Duo igitur
isti sed olive sunt in aliquo
loco positi terre ubi maie

stas divina commorari preci
pit per contemplationis gratiam
dei desiderant Candelab(ru)m
vero sicut . vero ad explendum
predicationis sue officium
ueniente qui omnibus et fideli
bus . vz et reprobis verbum dei
annunciabunt . De hoc candel
labro dominus dicit in ewang(eli)o
Neque accendunt lucernam et po
nunt eam sub modio . sed super
candelabrum . ut luceat omnibus
qui in domo sunt . Lucerna
quippe super candelabrum po(nitur)
qui officium predicationis suo
viro tradit . qui bonum quod
predicat . flammis illustrat
operum bonorum . Lucerna vero
sub modio ponitur . qui offi
cium predicationis alicui re
proborum committitur . qui bonum
quod predicat pravis operibus
tegit . ne lumen prebeat
eis qui in domo sunt . sicut
dicit sanctus Gregorius . quia
tu[illegible] uita despicitur . restat
ut eius predicatio contempnatur .
Hec (er)go olive et duo can
delabra in conspectu domini the
stare dicuntur . Zima uetera
posita illud tempus presolant(ur)
quo officium predicationis sue
fine complebunt . et mortibus
bonum soluunt . sicut sequencia
manifestat Et si quis vo
luerit eos nocere . ignis exi
get de ore eorum : et devorabit
et devorabit inimicos eorum
Et si quis voluerit eos lede
re oportet eum occidi Zima
spiritus sanctus loquitur . porro sanctorum
sicut dominus dicit in ewangelio
Non vos estis qui loquimini .
sed spiritus patris vestri qui loquitur
in vobis . nec contingere verba
sanctorum ignis uocantur . sicut
psalmista dicit de domino Ignitum
eloquium tuum vehementer
et servus tuus dilexit illud
Ignis igitur exiet de ore sanctorum
istorum et devorabit inimicos
eorum . quia doctrina eorum uera
errores antichristi destruet
ut omnibus sanam mentem
possidentibus manifeste videatur
esse quod asserere conabuntur
antichristus et ministri eius
Zima vero uerum sequitur . et si
quis voluerit eos ledere sic oportet
eum occidi . ad eandem rem per
tinet Hii habent potestatem
claudendi celum . ut non pluat
diebus prophecie eorum . Et habent
potestatem super aquas convertendi
eas in sanguinem . et percutere
terram omni plaga . quocienscumque
voluerint . Legimus
Heliam orone clausisse ce(lum)
[illegible] et iterum aperuisse
sed et moysen aquas in san
guinem convertisse . Non ergo puta
dum est Heliam minorem
virtutem habere . cum ad explendum
officium sue predicationis ue
nit . quam habuit illo tempore
quo inter homines conversatus
est . sed potiorem . Possumus
etiam percelui celum per
pluviam non verba sanctorum spiritu(a)lia

intelligere. Clauditur namque
celum impiis cum suo deus
iudicio corda eorum ita obdu-
rari sinit ut nullo modo verbo
dei aditum accedendi ad con-
sensum tribuant ut salventur.
Nam et propheta ysaias celum
iudeis clausit cum ei a domino
dictum est: Excecat cor populi
huius et aures eius aggra-
va, oculos eius claude,
ne forte videant oculis
et auribus audiant et
corde suo intelligant et con-
vertantur et sanem eos. Clausit
et celum Ieremias inimicis
cu suis dum dicebat ad deum:
Ne propicieris iniquitati eorum et
peccatum eorum a facie tua non de-
leatur; fiant corruentes in
conspectu tuo; tempore visita-
cionis sue perierunt. Nec
moyses non habebat potesta-
tem claudendi celum rapien-
di cum diceret deus, cum
populus peccasset: dimitte
me ut irascatur furor meus
contra eos et deleam eos fa-
ciamque te in gentem magnam.
Sic itaque illi quibusdam
claudunt celum ut non descen-
dat super eos imber vite
dei eis videlicet quos ab er-
roribus antichristi revocare
non poterunt. Quibusdam
vero aperiunt eis videlicet quos
ab erroribus antichristi re-
vocaverint. Imbremque
super eos pluerint qui sub p-

ribus deum illis propicium effi-
ciunt. Per aquas quibus
in sanguinem conversis dicuntur
populi designantur. Sanguis
ulcionem divinam denun-
ciat. Aquas igitur in sangui-
nem convertunt cum
gentes que a fide Christi di-
scesserint eterna morte
esse dampnandas suo iu-
dicio decernunt. Et cum
finierint testimonium
suum, bestia que ascendit
de abysso faciet adversus
eos bellum et vincet illos
et occidet eos. Bestia hic
antichristum significat. Faciet
adversus eos bellum qui eos
persequetur. Vincet vero illos
non superando viribus sed interfi-
ciendo. Unde et sequitur:
Et occidet eos. et iacebunt
corpora eorum in plateis civita-
tis magne que vocatur spiritua-
liter Sodoma et Egyptus ubi
et dominus eorum crucifixus est.
Si civitatem magnam
ipsam Ierusalem voluerimus
intelligere propter hoc quod
dicitur ubi et dominus eorum crucifi-
xus est, a veritate aberra-
bimus, eo quod illa Ierusalem
usque ad solum destructa sit
et ista que postea edificata
est non in eo loco sed in alio
sita esse dicatur. Nec Sodo-
ma et Egyptus dicenda
est eo quod paganus
incolat. Quamlibet consi-
derandum est quod ubicumque

in hoc libro civitas magna
ponitur babilonem que est
civitas diaboli et ex omnibus
consistit reprobis significat
Sed autem in platea magne
civitatis corpora sanctorum proi-
cienda esse dicuntur possumus
simpliciter intelligere ut in quacumque
platea que ad ius alicuius
reprobi pertineat iaceant
Sed melius michi videtur
ut sicut per civitatem magnam
omnes reprobos intelligen-
dos esse diximus ita et per
plateam corda reproborum
intelligamus Iacebunt itaque
corpora sanctorum in platea civitatis
magne quia sanctis illis ia-
centibus a quibusdam nullius esse
meriti existimantur cum
vero fidelibus stant qui
quanta sit corruptio atque g-
loria cordis oculis contu-
entur Civitas vero diaboli-
ca in testamento sodoma
et egyptus vocatur eo quod
sodoma tacitas egyptus
tenebre interpretantur Civitas
enim detlorem tacitate atque
tenebras patitur quia impii
qui per peccati gradum in cloa-
cam inferni mala operando
perveniunt pervenire non de-
sistunt In platea vero civitatis
magne ubi dominus eorum crucifixus
corpora sanctorum proicienda esse
dicuntur describuntur quia
sicut a membris diaboli
christus crucifixus est ita ab
eisdem hii duo prophete occidentur

Et videbunt de populis et tribubus
et linguis et gentibus corpora
eorum tribus diebus et dimidium
Et corpora eorum non sinent poni
in monumentis poni. et inhabitantes
terram gaudebunt super eos et
iocundabuntur et munera
mittent invicem quoniam hii duo
prophete cruciaverunt eos qui habi-
tant super terram. Et post tres dies
et dimidium spiritus vite a deo
intravit in eos. et steterunt
super pedes suos. et timor mag-
nus cecidit super eos qui vi-
derunt eos. Et audierunt vocem
magnam de celo dicentem illis
Ascendite huc et ascenderunt
in celum in nube. et viderunt
illos inimici eorum Hec si secundum
hystoriam impleantur omnibus
quando contingunt dico cum no-
ta sit omnia. Possemus autem
nos quoque hystorie spiritualem
intelligentiam adiungere si
temerarium videtur illam hysto-
riam quam intelligimus spiritualibus
sensibus nolle adornare
Nullam quippe dominum contra po-
siti intimis ornare valemus
Sed ne omnino tacuisse videamur
pauca inde dicamus. possumus
per tres dies et dimidium tres
annos et semis intelligere
quibus hii duo prophete predicaturi
sunt. per monumenta vero
mentes reproborum intelligere
possumus. De quibus veritas
dominus loquitur dicens Ve vo-
bis scribe et pharisei qui estis
sicut sepulchra dealbata que
a foris speciosa videntur

candida . intus autem sunt
plena omni immunditia et ossi
bus mortuorum. Sic et vos
a foris quidem apparetis
hominibus iusti . intus autem
pleni estis rapina et iniquitate.
Innocentio igitur reprobi . corpora
sanctorum non sinent poni . quia
doctrina illorum cunctis sensibus
abiacent. Et autem post tres
dies et dimidium spiritus vite a
deo intravit in eos et stare
super pedes suos . resurrectionis
tempore accipere possimus . quod per
tria tempora et dimidium tempo
ris non statim in proximo
tamen fiet. Stabunt quippe
suspensos pedes qui post resu
rrectionis tempus . quanta sit eorum
virtus atque magnificentia
omnibus impiis manifestabit.
Timor vero magnus videt
superioribus eorum . tunc videbunt
eos . quia in die iudicii ad
gloriam eorum turbabuntur timore
horribili dicentes Hii sunt
quos aliquando habuimus in derisu
et in similitudinem improperii . nos
insensati vitam illorum estimabamus
insaniam . et finem illorum sine
honore. Quomodo computati
sunt inter filios dei . et inter
sanctos sors illorum est. Et quia
malachias propheta adventum
christi loquitur dicens Ecce ego mit
tam vobis heliam prophetam
qui convertat corda patrum
ad filios et cetera que secundum
credimus iudeis predicationem

Helie sicut superius per po
tiorem demonstravimus
ad fidem christi et convertendos
possumus per duos testes duorum
populorum intelligere predicatores
Iudeorum scilicet ac gentium. Et
dicebus nulle dictis supra pro
phetarum et dicuntur . quia
omni tempore quo antichristi per
secutio atque deceptio per uni
versum orbem deseviet .
quosdam per adventum vel
reducere studebunt. Et in
illa hora . factus est terremotus
magnus. Nunc adventum
predicationis Helie et Enoch
tre moto venture. Terremotus sicut
superius iam diximus . motum
cordium solet designare.
Terremotus tunc fiet . cum
predicatione Helie et Enoch
multi ad primam multi
ad fidem convertentur. Et decima
pars civitatis cecidit. Nos
sanctus sensus mistice esse
videtur . ut per civitatem universam de
cima pars cecidit intelli
gamus . eo quod haec sunt ma
gis adversitatem diaboli
qui adversitate deprecat.
Illius igitur civitatis in hoc
loco decima parte cecidisse
dicit . quam superius civitatem
magnam sodomam et
egyptum vocaverat et in cuius
platea corpora sanctorum per tres
dies et dimidium insepulta
iacere dicuntur. Et quia per
denarium numerum sepe lex de
signatur . eo quod lex per de
calogum sit accepta . possumus

per decimam partem que corruet iudeos observatores legis intelligere qui predicacionem helie fidem christi suscipient a civitate dyaboli corruent atque precadent. Et occisa sunt in terremotu nomina hominum septem milia et reliqui in timore missi sunt et dederunt gloriam deo celi. Sicut per decenarium numerum lex ita et per septenarium sepe gracia evangelii accipitur. Ecce decima pars civitatis quam non cum lapidibus sed ex sermonibus constare doctrinis cecidit et non decem milia sed septem milia esse perhibentur. Denarius igitur numerus in septenarium commutatus est quia iudei observaciones legales respuentes doctrinam evangelii suscipient que propter septem dona spiritus sancti per septenarium numerum designatur. Septem ergo milia mortua esse describuntur quia morientur dyabolo ut vivant deo. Reliqui vero qui in timore sunt missi electos ceteros designant qui videntes conversionem iudeorum atque divinam scripturam in illis esse completam in timore dei atque amore proficient deinceps per conversionem laudare non desistent. Ve secundum abiit et ecce ve tercium veniet cito. Ve tercium ad illa mala que per antichristum futura est dicitur et ad diem iudicii pertinet. Et quia septimus angelum

quem vidit stare super mare et super terram iurasse dicit quoniam tempus minime quia in diebus septimi angeli cum ceperit tuba canere consummabitur misterium dei sicut evangelizavit per prophetas suos per huius diem iudicii breviter prenotare voluit et ad mala antichristi postea narranda rediit. Ipsi diligenter inspicimus videbimus in hoc ordine fecisse. Primus enim quia predicatores sancti qui in fine mundi nascituri sunt hoc predicabunt quia dies domini in proximo sit ut quos exortacionibus ad viam veritatis reducere non poterunt saltem terroribus ad penitenciam provocent. Et quod ante persecuciones antichristi dies iudicii incipiet predicari eundem diem iudicii contineri antea apparere voluit quam ad persecuciones ipsius antichristi narrandas veniret. Et septimus angelus tuba cecinit. Per septimum angelum sunt dicti primus predicatores sancti qui in fine mundi nascituri sunt designantur. Tuba canent cum tubam domini annunciabunt. Et facte sunt voces magne in celo dicentes. Possimus predicacionem celebrem. per voces vero magna sermonis verba intellige qui in adventu domini ad iudicium venientes compulsabunt sicut dominus dicit in evangelio Respicite et levate capita vestra quia appropinquat redempcio

nia Factum est regnum huius mundi
domini et xpi eius et reg-
nabit in secula seculorum Nunc
autem non est domini et xpi
eius regnum huius mundi quia
regnum huius mundi homines
notauit iniquorum mentibus
aut regnat deus aut regnat
dyabolus Regnat deus in
sanctis suis Regnat dyabolus
in eis qui sunt ex parte eius
Ipse est enim rex super omnes filios
superbie Regnum igitur domini et
xpi eius tunc fiet cum dyabolus
cum omnibus quos decepit in
infernum demersus fuerit cum
illud implebitur quod dominus ad
discipulos loquitur dicens
Regnum autem et potestas quod
est super omne celum tradetur
populo sanctorum qui et obtinebunt
illud usque in seculum et in se-
culum seculorum Et xxiiii se-
niores qui in conspectu dei
sedent in sedibus suis ceci-
derunt in facies suas et ado-
rauerunt deum dicentes Per xx-
iiii seniores in hoc loco
cunctos sanctos qui in celesti bea-
titudine cum domino commorantur
possumus intelligere Sedes
uero requiem sempiternam
designant Viginti quatuor se-
niores in conspectu dei
sedent in sedibus suis quia
sanctorum anime semper
in celesti beatitudine modo
cum deo requiescunt Ceci-
derunt super facies suas et adora-
uerunt quia sancti dei cum uiderint
iustissimum dei iudicium pagi

in enarrabilem gloriam po-
tentia decidunt se super humi-
litatis subiectionem in conspectu
creatoris sui scientes nichil
esse quicquid est in comparatione
illius qui est deus Gratias
tibi agimus domine deus omnipotens
qui es et qui eras futurus
et qui accepisti uirtutem
tuam magnam et regnasti
et irate sunt gentes et
aduenit ira tua et tempus
mortuorum iudicari et red-
dere mercedem seruis tuis
prophetis et sanctis et timentibus
nomen tuum pusillis et ma-
gnis et exterminandi eos
qui corruperunt terram
Est xpus enim postquam
hominem assumpsit eiusdem
deitatis cuius et pater eiusdem
eternitatis eiusdem potentie
cum antequam hominem assu-
meret equalis gloria patri
Accepit autem uirtutem suam
magnam quia per passionem suam
dyabolum uicit Regnauit
uero quia gentes plurimas sibi
subiecit Irate sunt gentes
scilicet impii homines contra
dei persecuti sunt ut nomen
xpi de mundo extinguerent
Aduenit autem ira dei cum
dies iudicii aduenerit
Aduenit tempus mortuorum
iudicari videlicet ut mortui
iudicentur illi scilicet mortui
qui instar interpositi animas
suas uiuendo interficere
non timuerunt Et mercedem
reddere seruis tuis prophetis

et sanctis et timentibus nomen
tuum pusillis et magnis.
Et hoc tunc implebitur qui
in die iudicii dictum est: Ve-
nite benedicti patris mei per-
cipite regnum quod vobis pa-
ratum est ab origine mundi.
Pusillos eos vocat qui mi-
noris meriti sunt. magnos
qui maiorem gratiam apud
deum obtinent. Et exterminan-
di eos qui corruperunt
terram. Corruptores terre im-
pios notat. Hoc tunc imple-
bitur qui dicet: Ite maledic-
ti in ignem eternum qui paratus
est dyabolo et angelis eius.
Quod quendam nobis est quo-
rundam impii corruperunt
qui in luxuriis ceteris sce-
leribus corpora sua contami-
naverunt. Corruperunt et
aliorum terram corpora videlicet
quos et verbis et exemplis
ad mala opera agenda pro-
vocaverunt. Nunc ad ea
que premiserat idem ad
mala antixpi narranda
redit. Et ut commodius
ad ea exprimenda perveniat
ab adventu xpi incipit
atque mala que ecclesia a
dyabolo passa est commemorans
qualiter idem dyabolus e-
andem ecclesiam parituram xpm
[illegible]. Et
apertum est templum in celo. et
visa est archa testamenti
eius in templo eius. Pos-
sumus per templum dei beatam
mariam intelligere. per archam
testamenti xpm qui ex ea carnem
assumpsit. Templum dei
non ideo apertum dicitur quod
uterus beate virginis ma-
rie in pariendo deum apertus
sit. que fuit ante partum virgo
virgo in partu virgo post partum
sed ideo apertum dicitur quia per eam
visibilis nobis factus est
deus noster ihesus xpus. Pos-
sumus et per templum
veteris testamentum intelli-
gere. per archam sacramenta
que in novo testamento continentur.
Veniente quippe xpo in
carne apertum est vetus te-
stamentum quia spiritualis in-
telligentia que in eo late-
bat fidelibus est revelata.
Et facta sunt fulgura et voces
et terremotus et grando magna.
Per fulgura miracula que per xpm
facta sunt. per voces vero eius
predicationes designat. Terre-
motus autem motionem cordium
designat. Moti sunt namque
multi predicatione xpi ad
pudorem de peccatis suis pagani
moti sunt de infide-
litate ad fidelitatem. moti
de malo ad bonum. Et quia
grando dampnum solet prestare
possumus per grandinem co-
minationes ignis eterni
ut in ewangeliis sepe in-
venimus intelligere. quibus
corda pravorum percutiuntur
ut resipiscerent ab iniquitatibus.
Et signum magnum apparuit
in celo mulier amicta sole

grando

et luna sub pedibus eius
et in capite eius corona stel-
larum xii. Hec mulier ecclesiam
designat. Consequens erat
ut post predicationem christi eius
forma describeretur quam predicatio
christi genuit. Possumus autem
per celum in hoc loco hunc mun-
dum intelligere per signum mag-
num salutem magnam quam
adventus et predicatio christi
mundo contulit. Per solem
vero christus designatur sicut
dicit propheta Vobis autem timen-
tibus nomen meum orietur
sol iustitie et sanitas in
pennis eius. Mulier vero
amicta erat sole quia fi-
deles ex quibus ecclesia constat
in baptismate christum induunt sicut
gelium eternum esse dicitur quia eter-
nitatem prestat omnibus facientibus
illud. Qui etiam super terram sedentibus
predicatum esse dicitur. Fide-
les namque quibus evangelium
predicatum est nichil aliud quam
terram querebant totamque re-
quiem suam in terra posuerant.
Quid autem iste angelus pre-
dicet audiamus. Timete
deum et date illi honorem
quia venit hora iudicii et a-
dorate eum qui fecit celum et
terram mare et fontes aquarum.
Educunt (?) timorem domini primo
posuit et postea honorem. Quia
timor enim dei ad primum
impellit hominem penitentie (?)
[illegible] vel ad bona opera agenda
eum provocat. Honore ita quod

deo deseruiunt cum bona opera agunt
sicut ipse ait Videant opera vestra
bona et glorificent patrem vestrum
qui in celis est Hora vero iu-
dicii eius venit accepit quando ewan-
gelium per deum acceptum est Illi
ergo deo tunc in die iudicii iudi-
cabuntur qui verbum ewange-
lii audientes illud per perfectos
fide vel suscipere noluerunt Illi
et illi qui susceperunt fide vel
suscipere noluerunt fide quidem
susceperunt sed eam operibus implere no-
luerunt Cui plus committitur
plus exigetur ab eo Dicitur illis
autem quod verbum dei non audiant
dominus loquitur in ewangelio Qui
non credit iam iudicatus est Et
adorate eum qui fecit celum et terram
mare et fontes aquarum Id est
derelinquite ydola surda et
muta et adorate eum qui fecit
celum et terram cuncta complexus (?)
Et alius angelus secutus
est dicens Alius angelus doc-
tores ecclesie qui fuerunt persecuto-
ribus (?) ecclesiam dei gubernaverunt
designat Cecidit cecidit Babi-
lon civitas magna Per
Babilonem secundum superius diximus
civitatem dyaboli designat que
ex omnibus impiis constat
Cecidit autem quia omnis cul-
tura demonum per fidem Christi dele-
ta fuerat Et bene accidisse di-

quod propter persecutorum et ex parte
cultus dyabolici acciderunt Que a
vino ire sue potavit omnes gen-
tes Vinum ire errores sunt ge-
ntilium quibus deum ad iracundiam
provocaverunt Sed cum Babilon ni-
chil aliud sit quam omnes gentes
quomodo dicitur ibi quod omnes ge-
ntes a vino ire sue potavit Ve-
rum quia unus alterum docuit et
ille tercium et tercius quartum
et ita ad omnes hos errores
dyabolicos transierunt Utique Ba-
bilon omnes gentes vino ire sue
potavit Et angelus tercius
secutus est illos dicens voce mag-
na Si quis adoraverit bestiam et
ymaginem eius et acceperit carac-
terem eius in fronte sua et hic
bibet de vino ire dei quod mixtum
est mero in calice ire eius Angelus
tercius predicatores sunt qui tempore
antichristi futuri sunt predicabunt
enim ut nullus antichristum adoret
neque ad eius pessimam doctrinam
aures cordis accomodet neque
opera eius imitetur quod si quis fe-
cerit perpetua pena cum dampnandis
esse testabuntur Per vinum ire dei
dampnacio ultima que in die iudicii
impiis irrogabitur designatur Me-
rum autem purum dicimus Per merum
igitur iusticia dei designatur Per
calicem vero iudicium dei accipere
possumus Vinum ergo mixtum est
mero in calice dei quia dampnacio

altera quam impii dampnabuntur iusta
erit cum iusticia et talione dei ad
condignas quia institutio iudicis
dei perfectum. Habebunt igitur impii
unam vocem dei cum illis dicetur Ite
maledicti in ignem eternum qui pre-
paratus est dyabolo et angelis eius
Et cruciabuntur igne et sulphu-
re in conspectu angelorum sanctorum et in
conspectu agni et fumus tormento-
rum eorum in secula seculorum ascendet
Ignis comburit sulphur autem fe-
torem pessimum de se mittit Igne
autem corporali cruciabuntur qui
ignem viciorum in se extinguere no-
luerunt fetore sulphuris torque-
buntur quibus dulcis fuit fetor
luxurie In conspectu angelorum
sanctorum cruciabuntur et in conspectu
agni videlicet ut in eorum conspectu
crucientur in quorum conspectu
mala perpetrare non timuerunt
Nec habebunt requiem die ac noc-
te qui adoraverunt bestiam et yma-
ginem eius et si quis acceperit
caracterem nominis eius Qui neque
in die neque in nocte requiem habent
requiem dicat cum illa eternam die
possessuri sunt Nobis vero perpe-
tua nocte sic mac humanus lo-
cutus Hic est paciencia sanctorum qui
custodiunt mandata dei et fidem
Ihesu Hic est ut est paciencia sanctorum
et tercium fructum affert qualis
de precibus demonstratur Et audivi
in vocem de celo dicentem michi

Scribe Beati mortui qui in domino
moriuntur Ubi est igitur paciencia
sanctorum qui custodiunt man-
data dei et fidem Ihesu ut sint
beati in perpetuum Sed quid est quod di-
xit Beati mortui qui in domino
moriuntur Omnis enim mortalis
mori potest Nullus procul dubio
mortuus mori potest nisi anima
peccat et iterum mori possit
Sed illi sunt beati et illi in domino
moriuntur qui prius moriuntur
seculo per sacra carne qui prius ve-
terem hominem id est omnes ne-
quicias et spirituales et carna-
les in se extinxerunt ut pos-
sint dicere cum Apostolo Michi mun-
dus crucifixus est et ego mundo
Illi namque in domino moriuntur de
quibus dominus dicit Qui autem
perseveraverit usque in finem hic
salvus erit Amodo iam dicit
spiritus ut requiescant a laboribus
suis Amodo id est a tempore mor-
tis requiescunt sancti a labori-
bus suis opera enim illorum
sequuntur illos Eorum sequuntur Nonne
Cornelium opera precessunt cum
ab angelo dictum est Oraciones
tue et elemosine tue comme-
morate sunt in conspectu dei Sed
sequuntur quia comitatum posuit Nam
et quicumque qui quasi comitatur
eum sequi dicitur cum alii pre-
cedat alii sequantur Alii ad
dexteram sunt sinistram mandat

Ipsa agit sanctorum secundum illos in perpetuum. Possumus et hoc de illis spiritualiter intelligere qui temporibus antichristi pro nomine domini nostri ihesu christi occisi fuerint. Beati quippe erunt illi et in domino morientur qui pro fide domini nostri ihesu christi morientur. Hunc quia penam illorum qui antichristo non crediderint ari fiet narravit. Beatitudinem quoque illorum qui in fide christi perseveraverint usque in fine breviter comprehendit. Consequens est ut de iudicio describat in quo hec cuncta complebuntur. Et vidi et ecce nubes candida et super nubem sedentem filio hominis similem habentem in capite coronam auream et in manu sua falcem acutam. Et alter angelus exivit de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem dicens Mitte falcem tuam et mete quia venit hora ut metatur quoniam aruit messis terre. Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram et messuit terram. Et alius angelus exivit de templo quod est in celo habens et ipse falcem acutam. Et alius angelus qui de altari qui habebat potestatem super ignem clamavit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam dicens Mitte falcem acutam et vindemia botros vinee quoniam mature sunt uve eius et misit angelus falcem suam et vindemiavit vineam terre et misit in lacum ire dei magnum. Totum pene presentem posuit ut undique circumspecta eius anfractus aperius indicaret. Utrumque namque ipse angelus christum significat. Sed et due falces unam significationem habent designat enim illud tempus quo mundus iste orbis delendus est flamma sicut primo tempore mundus per aquam deletus est ita et in fine temporum per ignem delebitur. Sed querendum nobis est cur unus christus per duos angelos et una consummatio per duas falces figuretur. Primus quippe angelus super nubem candidam sedisse dicitur et coronam auream habuisse in capite. Secundus neque coronam auream habuisse neque super nubem candidam sedisse dicitur. Et primus messe terre. Secundus vero botros vinee terre precidisse dicitur est. Sed primus quod loco terre messe posuerit nos docet. Secundus botros vinee terre in lacum ire dei magnum misisse dicitur est.

messis — botri

Videtur itaque michi per messem terre electos per botros autem eos quibus vinum erit quod mentes hominum alienat reprobos esse designatos. Ista est messis de qua dominus dicit in ewangelio In tempore messis dicam messoribus Colligite primum zizania et ligate ea fasciculos ad comburendum Triticum vero

recondite quod omnes mis. Cum e
nim illic triticum xpi in hoc loco
promisse designant et hic illic
per zizania ipsi alio loco per blo
tros vinee terre designatur. Et
quia xpistus aliter apparebit iustis a
liter iniustis. Ideo inuenimus
per duos angelos signari. Iusti
autem in ea claritate eum videbunt
qua nunc ab angelis et a sanctis
spiritibus in celesti beatitudine
cernitur. Impii autem in ea spe
cie videbunt qua ab hominibus
in terra positus videbatur. Tollatur
quippe impius ne videat glo
riam dei. Blandus itaque iustis
terribilis apparebit iniustis. Sed
et primus super nubem candidam
sedisse et coronam auream habu
isse in capite describitur. Nube
namque candidam corpus eius im
maculatum designatur. Per coronam
vero auream multitudo angelorum
atque sanctorum qui eum ad iudicium
venientem comitabuntur exprimitur.
Similiter et corona continuacio per
duas falces designatur que aliter
continuabitur iusti aliter iniusti.
Iustorum continuacio. Redemptio porro
dicenda est sicut dominus dicit: Respicite
et levate capita vestra quoniam ap
propinquat redemptio vestra. Redemptio
nam vocatur eo quod a malis tempora
libus liberat et ad gaudia eterna per
ducit. Impiorum at continuacio

et hec continuus est et post mortem
confinior. Dampnacio cum luctu
perpetuus eis permanebit. Iusti
de spe retribucionis eterne mor
te letam suscipiunt. Impii vero
de dampnacione perpetua timi
di tristissima morte perlecte.
Alter angelus qui exivit de
templo et clamavit voce magna
ad eum qui sedebat super nubem
dicens: Mitte falcem tuam et me
te. Electos qui in hac vita labo
raverunt designat. Per templum
autem unde exisse visus est ecclesia
designatur. Clamat igitur ad eum
qui sedebat super nubem ut mit
tat falcem suam et metat quia
sancti videntes mundum in ma
ligno positum cuiusque iniquitas
horribiles despiciunt cottidie
ut regnum dei veniat in quo
ab omnibus angustiis liberati
corpora propria recipiat et iterum
cum domino exultabunt. Aruit tamen
messis maturitate eius iudicatur.
Nam sicut messis crescit usque ad
maturitatem quam ad messem spectat.
Ita et numerus electorum usque ad finem
mundi crescet et eorum maturi
tas tunc perficietur cum eorum numerus
fuit completus. Similiter et iiiius
angelus qui exivit de altari qui
habebat potestatem super ignem
eandem significationem habet quam et ille
qui de templo exisse visus est.
Sicut namque electi in hac vita

laborantes. Altare autem celestem
significat patriam et templum. Per ignem
vero caritatem possumus intelligere
qua in cordibus sanctorum superna
libenter fervent. Super hoc sunt civitatem
quam hanc eternae supercaelestem
habere ideo dicuntur quia et
ipsi possidebunt caritatem et pos
sidebunt alleluia. Ostendit quoque angelus
clamat ad tertium angelum
sedam falcem acutam quem
Christum significasse diximus
ut vindemiaret botros vinee
terre per quos impii designantur
quia viri sancti videntes
cottidie genus humanum a de
monibus decipi videntes eciam
impios flere sive mundi quod semper
ad deteriora labi cernunt ut
dies iudicii veniat rogant et non
quoniam demonum cum ipsis auc
toribus pereat et omnibus pre
dicatoris cum ipsis penalitatibus
accipiat finem et adducat in
terra sempiterna quod nullo fine
terminabitur. Ultima quippe mun
di sufficiant qui omnes in
piorum genus et misit
multitudinem Lacus vero quod infer
num vocamus ideo lacus nomen di
dum quia vindictam dei in
eo qui spernabit. Ostenditur
e lacus extra civitatem. Per al
titudinem demersionem impiorum
in infernum possumus intelligere.
Per civitatem autem celestem

intelligo quod ab omnibus electis quam statim
habitatur. Hanc civitatem calcatus
calcabitur. Quia a consortio misterio
impii separabuntur et in infernum
detrudentur sicut dominus dicit in ewan
gelio. Exibunt angeli et separa
bunt malos de medio iustorum
et mittent eos in caminum ignis
ibi erit fletus et stridor dentium.
Exivit sanguis de lacu usque
ad frenos equorum per stadia mille
sexcenta. Per sanguinem pena im
piorum designatur. Per spacium vero
mille sexcentorum stadiorum quod san
guis de lacu exiens occupavit
falsi christiani designantur. Centi
nus quarum quaternario mul
tiplicatur et quia quater quaterni quater
quaternarius sparguntur. Sunt quater centum
numeri transilit. Sanguis et
falsi christiani fidem Christi quam quatuor
libri ewangelii quam suscepit in bap
tismate suscepimus, set arctam et
angustam viam que intellectus angusti
as quaternarium numerum concludit
delinquentes que ducit ad vitam
per latam et spaciosam quam sequentes
viam que ducit ad mortem in
cedunt. Verum aquaternario numero
non recedunt quia hominibus opera
christianitatis non tenent non autem
tenent tamen non christianitates.
Sanguis vero de lacu exiuit et mil
le sexcenta stadia occupavit pre
ca pena quod demones et omnes
incredulos absorbebit eternam

xciiii

falsos christianos qui fidem christi verbotenus habent sed opera fidei non impleverunt illaqueabit. Per equos vero falsi pastores ecclesie designantur qui officium regiminis non pro amore dei sed pro amore seculi susceperunt. Per

frena

frenos quibus equi reguntur eorum doctrina designatur. Hec enim falsi pastores doctrinam non habent nec ab officio funditus alieni videantur. sed phariseorum exemplo sequaces dicunt et non faciunt. Et quia aliud non possunt docere nisi quod evangelium loquitur ac in predicatione sua annunciat peccatoribus quod penas patiantur in posterum contingant usque ad frenos equorum sanguinis pervenit quia penas quas peccatoribus minati sunt ipsi tormentantur quia vita sua deservire noluerunt quod predicaverunt. Et vidi aliud in celo signum magnum et mirabile angelos septem habentes vii plagas novissimas quoniam in illis consumata est ira dei. Sicut superius ad quam ad narrationem septem angelorum tubis canentium veniret eorum mentionem fecit, ita et hic antequam ad vii angelorum fialas habentium narrationem veniet eorum mentionem facit ut indicet magna misteria in eorum visione contineri. Quod in his in sequentibus exponendo dicemus. Et vidi tamquam mare vitreum mixtum igni et eos qui vicerunt bestiam et ymaginem eius et numerum nominis eius stantes super mare vitreum habentes cytharas dei et cantantes canticum moysi et canticum agni dicentes. Quid significet autem mare vitreum superius in expositione sigillorum diximus. sed illic tamquam cristallum esse dicitur, hic autem mixtum igni. Et quia cristallus primum claritatis et igne quod dessicans calore pallet accipit splendorem. Candida significationem habet illic cristallus qua et hic ignis. Spiritualem namque signat intelligentiam que in divinis scripturis invenitur. Mare igitur vitreum mixtum est igni quia scriptura divina scriptura mixta est spiritualibus intellectibus. Super mare itaque vitreum hii qui bestiam vicerunt stare visi sunt quia secta dei qui contra antichristum pugnaturi sunt a preceptis divinarum scripturarum gressibus figent nulla quoque appulsione ventorum a sua fide moveri poterunt.

citharas

Per cytharas quas habebant mortificatio carnis designatur. Canticum autem moysi vetus testamentum, canticum agni novum denotat. Canticum quidem moysi et canticum agni cantabant quia et vetus et novum testamentum sancti predicabunt. Quod canticum quod sit audiamus. Magna et

mirabilia opera tua domine deus omnipotens
iuste et vere vie tue rex seculorum
quis non timebit te domine et mag-
nificabit nomen tuum quia solus pius es
quoniam omnes gentes venient et adora-
bunt nomen tuum quia solus pius es
in conspectu tuo quoniam iudicia tua
manifesta sunt. Concordat hec
cantica cum veteri et novo testa-
mento. Nam septem benedictiones ibi
inveniuntur que septem partibus de quibus
supra diximus coaptande sunt
1 Prima quippe benedictio est magna
et mirabilia opera tua domine deus
omnipotens. que primo tempori convenit per
quod factum est celum et terra omnis-
que creatura que valde mirabi-
2 lia sunt. Secunda est iuste et vere vie
tue rex seculorum. que congruit parti secunde
in qua omnis creatura que habebat
spiritum vite iustissimo dei iudi-
cio aquis diluvii delete sunt
3 Tercia est quis non timebit te
domine. que tercie parti hominum videlicet
quibus lex data est convenit
qui timore pocius quam amore
4 legis mandata servabant. Quarta
est et magnificabit nomen tuum. quod
prophetis convenire manifestum est
qui nomen dei et predicacionibus
5 et scripturis manifestaverunt. Quin-
ta est quia solus pius es. Hanc
quinte parti adventum christi possu-
imus in qua dominus noster qui
solus pius est. et hoc fieri pro sa-
lute generis humani et pati et
6 mori dignatus est. Sexta est quoniam
omnes gentes venient et adora-
bunt in conspectu tuo. Hanc manifestum
est post ascensionem domini omnes
gentes ad fidem christi venisse
7 quas in sexto loco posuimus. Sep-
tima est quoniam iudicia tua mani-
festa sunt. quod ad diem iudicii
pertinere manifestum est cum quo iudici-
a dei iusta et vera erunt manifes-
tabuntur. A cuius iudicii dampna-
cione nunc et pietas domini et re-
demptoris nostri nos liberare
dignetur qui cum patre et spiritu sancto
vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

Et post hec vidi et
ecce apertum est templum
tabernaculi testimonii
in celo. et exierunt vii
angeli habentes vii plagas de
templo vestiti lapide mundo can-
dido et precincti circa pectora zo-
nis aureis. et unum ex quatuor
animalibus dedit vii angelis vii
phialas aureas plenas ira-
cundie dei viventis in secula seculorum.
Et impletum est templum fumo a
maiestate dei et de virtute eius
Et nemo poterat introire in tem-
plum donec consumarentur vii pla-
ge vii angelorum. Et audivi vo-
cem magnam de templo dicentem sep-
tem angelis. Ite et effundite vii
phialas ire dei in terram. Et ab-
iit primus et effudit phialam suam
in terram. Et factum est vulnus sevum
ac pessimum in homines qui habebant

caracterem bestie et eos qui ado
2 raverunt ymaginem eius Et secundus
effudit phialam suam in mare et factus
est sanguis tamquam mortui et
omnis anima vivens mortua est
3 in mare Et tercius effudit phia
lam suam super flumina et super fon
tes aquarum et factus est sanguis
et audivi angelum aquarum dicen
tem Iustus es qui es et qui eras
sanctus qui hec iudicasti quia san
guinem sanctorum et prophetarum fuderunt
et sanguinem eis dedisti bibere
ut digni sunt Et audivi ab al
tari vocem dicentem Etiam domine
deus omnipotens vera et iusta iudi
4 cia tua Et quartus effudit phialam
suam in solem et datum est ei estu af
fligere homines et igne et estua
verunt homines estu magno et blas
phemaverunt nomen dei habentis
potestatem super has plagas neque
egerunt penitenciam ut darent illi
5 gloriam Et quintus effudit phialam
suam super sedem bestie et factum
est regnum eius tenebrosum
Et commanducaverunt linguas su
as pre dolore et blasphemaverunt
deum celi pre doloribus et vulne
ribus suis et non egerunt pe
6 nitenciam ex operibus suis Et sex
tus effudit phialam suam in flumen
illud magnum eufraten et sic
cavit aquam eius ut prepararetur
via regibus ab ortu solis
Et vidi de ore draconis et de
ore bestie et de ore pseudo prophete

spiritus tres immundos in modum
ranarum Sunt enim spiritus demo
niorum facientes signa Et pro ce
dunt ad reges totius terre con
gregare illos in prelium ad diem
magnum dei omnipotentis Ec
ce venio sicut fur Beatus
qui vigilat et custodit vesti
menta sua ne nudus ambulet
et videant turpitudinem eius
Et congregavit illos in locum
qui vocatur hebraice her ma
gedon Et septimus effudit phi
alam suam in aerem et exivit
vox magna de templo a throno
dicens Factum est Et facta sunt
fulgura et voces et tonitrua
et terremotus factus est magnus
qualis numquam fuit ex quo ho
mines fuerunt super terram talis
terre motus sic magnus Et facta
est civitas magna in tres partes
et civitates gencium ceciderunt
et babilon magna venit in memo
riam ante deum dare ei ca
licem vini indignacionis ire
eius et omnis insula fugit
et montes non sunt inventi
et grando magna sicut talentum
descendit de celo in homines et
blasphemaverunt deum homines
propter plagam grandinis quoniam magna
facta est vehementer Et venit unus
de vii angelis qui habebant
septem phialas et locutus est me
cum dicens Veni ostendam tibi
dampnacionem meretricis magne
que sedet super aquas multas cum
qua fornicati sunt omnes reges

terre et inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis. Et abstulit me in desertum in spiritu et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemie habentem capita vii et cornua x. Et mulier erat circumdata purpura et coccino et inaurata auro et lapide precioso et margaritis habens poculum aureum in manu sua plenum abhominatione et inmundicia fornicationis eius. Et in fronte eius nomen scriptum misterium babilon magna mater fornicationum et abhominationum terre. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum et de sanguine martirum ihesu et miratus sum cum vidissem illam admiratione magna. Et dixit michi angelus Quare miraris Ego tibi dicam sacramentum mulieris et bestie que portat eam que habet capita vii et cornua x. Bestia quam vidisti fuit et non est et ascensura est de abysso et in interitum ibit et mirabuntur inhabitantes terram quorum non sunt scripta nomina in libro vite a constitutione mundi videntes bestiam que erat et non est. Et hic est sensus qui habet sapientiam vii capita vii montes sunt super quos mulier sedet et reges vii sunt. Quinque ceciderunt unus est et alius non dum venit. Et

cum venerit oportet illum brevi tempore manere. Et bestia que erat et non est et ipsa octava est et de vii est et in interitum vadit. Et x cornua que vidisti x reges sunt qui regnum non dum acceperunt sed potestatem tanquam reges una hora accipient post bestiam. Hii unum consilium habent et virtutem et potestatem suam bestie tradent. Hii cum agno pugnabunt et agnus vincet illos quoniam dominus dominorum est et rex regum et qui cum illo sunt vocati electi et fideles. Et dixit michi Aque quas vidisti ubi meretrix sedet populi sunt et gentes et lingue. Et x cornua que vidisti in bestiam hii odient fornicariam et desolatam facient illam et nudam et carnes eius manducabunt et ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum ut faciant quod illi placitum est ut dent regnum suum bestie donec consumentur verba dei. Et mulier quam vidisti est civitas magna que habet regnum super reges terre. Et post hec vidi alium angelum descendentem de celo habentem potestatem magnam et terra illuminata est a gloria eius. Et clamavit in forti voce dicens Cecidit cecidit babilon illa magna et facta est habitatio demoniorum et custodia omnis spiritus inmundi et custodia omnis volucris inmunde quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes et reges

terre cum illa fornicati sunt et
mercatores terre de virtute deli-
ciarum eius divites facti sunt.
Et audivi aliam vocem de celo dicen-
tem Exite de illa populus meus ut ne par-
ticipes sitis delictorum eius et de
plagis eius non accipiatis quoniam per-
venerunt peccata eius usque ad celos
et recordatus est deus iniquitatum
eius. Reddite illi sicut et ipsa
reddidit vobis et duplicate
illi duplicia secundum opera eius. In
poculo quo miscuit miscete ei
duplum. Quantum glorificavit se
et in deliciis fuit tantum date
illi tormentum et luctum. Quia
in corde suo dicit Sedeo regina
et vidua non sum et luctum non
videbo. Ideo in una die venient
plage eius luctus et mors et
fames et igni comburetur quia for-
tis est deus qui iudicavit il-
lam. Et flebunt et plangent
se super illam reges terre qui cum
illa fornicati sunt et in deliciis
vixerunt cum viderint fumum
incendii eius longe stantes
propter timorem tormentorum dicentes
Ve ve civitas illa magna Ba-
bilon civitas illa fortis quoniam
una hora venit iudicium tuum.
Et negociatores terre flebunt et
lugebunt super illam quoniam merca-
des eorum nemo emet amplius
Mercedes auri et argenti et
lapidis preciosi et margarite

et byssi et purpure et serici
et coccini et omne lignum thi-
inum et omnia vasa eboris et
omnia vasa de lapide precioso
et eramento et ferro et mar-
more et cynamomum et amo-
mum et odoramentorum et unguen-
ti et thuris et vini et olei
et simile et tritici et iumen-
torum et ovium et equorum et
redarum et mancipiorum et ani-
marum hominum. et poma tua de-
siderii anime discesserunt a te
et omnia pinguia et preclara
perierunt a te et amplius illa
iam non invenient. mercatores
horum qui divites facti sunt
ab ea longe stabunt propter ti-
morem tormentorum eius flentes
et lugentes et dicentes Ve
ve civitas illa magna que
amicta erat bysso et purpura
et cocco et deaurata auro
et lapide precioso et margaritis
quoniam una hora destitute sunt
tante divicie. Et omnis guber-
nator et omnes qui in locum na-
vigant et naute et qui in mari
operantur longe steterunt
et clamaverunt videntes locum
incendii eius dicentes Que
similis huic civitati magne
Et miserunt pulverem super
capita sua et clamaverunt
flentes et lugentes et dicentes
Ve ve civitas illa magna

gamicta erat bysso et purpura
et cocco et deaurata auro et la
pide precioso et margaritis quia
una hora destitute sunt tante
diuicie // in qua diuites facti
sunt omnes qui habent naues in
mari de preciis eius quia una
hora desolata est. Exulta super
eam celum et sancti apostoli et
prophete quoniam iudicauit deus iudicium
vestrum de illa. Et sustulit
unus angelus fortis lapidem
quasi molarem magnum et mi
sit in mare dicens hoc impetu
mittetur Babilon ciuitas illa
magna et ultra iam non inue
nietur. Et vox citharedorum
et musicorum et tybia canen
cium et tuba non audietur in te
amplius. Et omnis artifex omnis
artis in ea non inuenietur
in ea amplius et vox mole
non audietur in ea amplius et
lux lucerne non lucebit tibi amplius
et vox sponsi et sponse non
audietur adhuc in te quia
mercatores tui erant principes
terre quia in veneficiis tuis
errauerunt omnes gentes et in
ea sanguis prophetarum et sanctorum
inuentus est et omnium qui inter
fecti sunt in terra. Post hec au
diui quasi vocem magnam tu
barum multarum in celo dicencium
alleluia. Laus et gloria et virtus
deo nostro est quia vera et iusta
eius sunt iudicia quia iu

dicauit de meretrice magna que
corrupit terram in prostitucione
sua et vindicauit sanguinem
sanctorum suorum de manibus eius
Et iterum dixerunt alleluia. Et fumus
eius ascendit in secula seculorum. Et
ceciderunt seniores xxiiij et
iiij animalia et adorauerunt deum
sedentem super thronum dicentes
amen alleluia. Et vox de throno
exiuit dicens Laudem dicite
deo nostro omnes sancti eius et qui
timetis deum pusilli et magni
Et audiui quasi vocem turbe magne
et sicut vocem aquarum multarum
et sicut vocem tonitruorum magnorum
dicencium alleluia quoniam regnauit
dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus
et exultemus et demus gloriam ei
quia venerunt nupcie agni
et uxor eius preparauit se. Et
datum est ei ut cooperiat se bis
sino splendenti candido. Bis
sinum enim iustificaciones sunt sanctorum
Et dixit michi Scribe beati
qui ad cenam nupciarum agni vo
cati sunt. Et dicit michi Hec ver
ba dei vera sunt. Et cecidi ante
pedes eius ut adorarem eum. Et
dicit michi Vide ne feceris. Conser
uus tuus sum et fratrum tuorum haben
cium testimonium Ihesu. Deum adora
Testimonium enim Ihesu est spiritus prophe
cie. Et vidi celum apertum et ecce
equus albus et qui sedebat super
eum vocabatur fidelis et verax
et in iusticia iudicat et pugnat
Oculi autem eius sicut flamma

ignis et in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum quod nemo novit nisi ipse, et vestitus erat veste aspersa sanguine, et vocatur nomen eius verbum dei. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in equis albis vestiti bissino albo mundo. Et de ore eius procedit gladius acutus ut in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea et tamquam vas figuli confringentur. Et ipse calcat torcular vini furoris ire dei omnipotentis. Et habet in vestimento et in femore suo scriptum rex regum et dominus dominancium. Et vidi unum angelum stantem in sole, et clamavit voce magna dicens omnibus avibus que volabant per medium celi: Venite congregamini ad cenam dei magnam ut manducetis carnes regum et carnes tribunorum et carnes fortium et carnes equorum et sedencium in ipsis, et carnes liberorum ac servorum omnium et pusillorum ac magnorum. Et vidi bestiam ac reges terre et exercitus eorum congregatos ad faciendum prelium cum illo qui sedebat in equo et cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia et cum illa pseudopropheta qui fecit signa coram ipso quibus seduxit eos qui acceperunt caracterem bestie et qui adorant ymaginem eius. Vivi missi sunt hii duo in stagnum ignis ardentis sulfure, et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedit de

ore ipsius, et omnes aves saturate sunt carnibus eorum. Et vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abissi et cathenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est dyabolus et sathanas, et ligavit eum per annos mille et misit eum in abissum et clausit et signavit super illum ut non seducat gentes amplius donec consummentur mille anni, et post hec oportet eum solvi modico tempore. Et vidi sedes et sederunt super eas et iudicium datum est illis, et animas decollatorum propter testimonium ihesu et propter verbum dei, et qui non adoraverunt bestiam neque ymaginem eius nec acceperunt caracterem eius in frontibus aut in manibus suis, vixerunt et regnaverunt cum christo mille annis. Ceteri mortuorum non vixerunt donec consummentur mille anni. Hec est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima; et in hiis secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes dei et christi et regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni solvetur sathanas de carcere suo et exibit et seducet gentes que sunt super quatuor angulos terre, gog et magog, et congregabit eas ad prelium quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super altitudinem terre et circuierunt

castra sanctorum et ciuitatem dilectam, et descendit ignis a deo de celo et deuorauit eos, et dyabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris ubi et bestia et pseudo propheta et cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Amen.

Visio quinta ad cuius sensus elucidandos domino iuuante procedimus, summa ex prima parte visionis superioris concordat. de eius intellectu ipsa uno quod dominus gratia largiri dignata est diuinus. Ita sicut illic septem angeli visi sunt quibus date sunt septem tube, ita et hic vij angelis vij phiale date fuisse memorantur. Et sicut in cantu tube primi angeli grando magna terram percussit, ita et in effusione phiale primi angeli homines qui per terram sepe designantur pessimis vulneribus percussi esse dicuntur. Et quemadmodum in cantu tube secundi angeli tertia pars maris in sanguinem versa est, similiter in effusione phiale secundi angeli totum mare in sanguinem versum fuisse describitur. Eodem sensu secuntur et cetera, sed qualiter isti cum superioribus concordent in sequentibus dicemus. Eandem ergo significationem habent, ipsi quia et illi continuant quippe persecutiones que fuerunt ab initio et erunt usque ad finem. Sed ideo bis ponuntur quia sicut superius demonstrauimus ea que sub cantu tube primi angeli secundi tertij atque quarti gesta fuisse visa sunt ad electos pertinent. Porro que sub cantu tube quinti sexti atque septimi angeli facta fuisse referuntur quibus et tria ve coniunguntur in quibus persecutiones ecclesie que ab hereticis et paganis passa est et ab antichristo in fine mundi passura est describuntur ab una parte ad reprobos ex altera parte ad electos pertinent, quia impij ex malo quod ipsi ingesserunt pena perpetua, iusti vero ex malo quod pertulerunt gloriam perennem sibi acquirunt. Que itaque sub effusione phialarum vij angelorum describuntur ad reprobos pertinent. Vij et primi tubis in quibus exercitus dei ad pugnam prouocabantur accinxisse dicuntur, sequentes autem phialas plenas iracundie dei super impios effudisse referuntur. Post hec vidi et ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in celo. In exodo scriptum est quod fecit moyses thabernaculum in deserto, postea vero a salomone in ipsa terra promissionis degente templum edificatum est. Per desertum agitur seculum, hoc per thabernaculum quod de loco ad locum transferebant ecclesia designatur, que de deserto huius seculi cottidie ad celestem beatitudinem transit de virtute in virtutem ut videat deum deorum in syon. Vnde et cortine thabernaculi que diuersis coloribus depicte erant tegebantur pellibus et alijs

ut demonstraret mortificationem
carnis atque humilitatem custo
dia ac virtutum. Quid autem per ora
sep missionis nisi celestis patria
designatur quam consumpsit de se dili
gentibus sic. Et quid per templum
quod ex optimis lapidibus edifica
tum fuit signatur nisi celestis
urbs que ex vivis lapidibus
cottidie edificatur. Quod ergo di
cit apertum est templum tabernacu
li tale est ac si diceretur
apertum est templum illud. Templum
vero celeste quod est aliud nisi cele
stis patria. In hoc templo psal
mista habitare desiderabat cum
diceret: Unam peti a domino hanc
requiram ut inhabitem in domo
domini omnibus diebus vite mee.
Hoc itaque templum proprie
apertum est quia aditus regni
celestis per eum omnibus fideli
bus patefactus est. Et apparue
runt vii angeli habentes vii
plagas de templo vestiti lapide
mundo candido et precincti circa
pectora zonis aureis. Per templum
celestis patria et per vii ange
los predicatores designantur quos
de templo exisse dicuntur. Quia
sancti de illa celesti patria ad
predicandum descenderunt. Vel sancti
predicatores qui de celesti patria
venerunt ab illo mittuntur qui
est gloria sanctorum et a quo omnis doctri
na eorum procedit. Qui septem pla
gas habuisse dicuntur et semper

vii plagas habuisse dicuntur
eo quod in illis consummata est i
ra dei. Vel vii plagas iracun
die dei habuerunt quos sancti fuerunt.
Vel habuerunt sancti dei plagas vii
in potestate non in pena sua. Dominus
namque dicit in evangelio: In re
generatione cum sederit filius ho
minis in sede maiestatis sue se
debitis et vos super sedes xii
iudicantes xii tribus israhel.
Per septem autem plagas vii vicia
principalia ex quibus omnia
mala oriuntur designantur. vii igitur
plagas id est vii vicia angeli
nisi sunt habuisse quia predicato
res sancti in die iudicii septem
vicia principalia id est omnes o
peratores malorum ita in potestate ha
bebunt ut eorum iudicio perpetua
pena plectantur. Consumata est
vero in sanctis predicatoribus ira
dei id est per illos quia ira dei est
eorum iudicio perficietur. Possumus
vii plagas aliter intelligere. Cu
ius omne tempus impiorum in
vii partes divisimus. Septem ergo
plage sunt perpetua quae unicuique
parti apertius conveniunt. Aliter
eis iudicabuntur hii qui ante
diluvium fuerunt propter hoc quod dei
generatione feminarum deceperunt.
Aliter hii qui post diluvium ydo
latriam diversos que errores invene
runt per quae genus humanum de
ceperunt. Aliter hii qui sub le
ge fuerunt et mandata dei non
custodierunt. Aliter pseudo prophete

nota de predic.

qui prophetas dei deceperunt. Aliter
impii iudei qui dominum interfece-
runt et apostolos eius persecuti sunt.
Aliter persecutores ecclesie qui fi-
dem christi conterere conati sunt.
Aliter ministri antichristi qui christum
desertum et antichristum sunt se-
cuturi. Has igitur plagas
cuncti dei in potestate habebunt
quia singuli eos qui suis tempori-
bus fuerunt eorumque monita con-
tempserunt suo iudicio perpetua
pena dampnabunt. Per lapidem
vero mundum atque candidum quo
septem angeli vestiti esse dicuntur
corpus designatur. De quo dicit
apostolus: Quicumque in christo bap-
tizati estis christum induistis.
Per zonas autem aureas quibus
circa pectora precincti narrantur
predicatorum sapientia intimatur
que corda sanctorum intra se ita
concludit ut contra ipsam per di-
versos errores evagari non sinat.
Et unum de quatuor animalibus
dedit septem angelis septem phia-
las aureas plenas iracundie
dei viventis in secula seculorum. Qua-
tuor animalia quamvis quatuor
euangelistas significent tamen
et simul et singillatim christum
significant. Sed quia brevitas
non permittit ut dicam quemad-
modum unumquodque christum signi-
ficat. Per istud unum animal
christum intelligamus. Per phiale
vero corda sunt sanctorum que propter

sapientiam aurea recte vocantur.
Unum igitur ex iiii animalibus dedit
septem angelis vii phialas
aureas quia christus corda sanctorum
suorum sapientia replevit. Verum
si sapientia repleta sunt quomodo
iracundia dei plena esse dicuntur?
Dominus dicit in evangelio de im-
piis iudeis: Si non venissem
et locutus eis fuissem peccatum
non haberent. Nunc iudei ante
adventum christi sine peccatis erant.
Erant et ante peccatores. Sed post
eius incredulitatem peccatum blasphe-
mie quo eum beelzebub voca-
verunt peccatum homicidii quo
eum crucifixerunt et multa alia
scelera que post adventum eius traxe-
runt non habebant. Per phialas
itaque christi in qua vita mundi
continebatur iudei suis culpis
exigentibus mortem invenerunt.
Phiale igitur vii angelorum ple-
ne fuerunt iracundie dei quia
quantum ad reprobos pertinet predicato-
rum ira dei ipse continuit quia
pro eo quod eorum predicationem contemp-
serunt iram dei invenerunt. Et
impletum est templum fumo a ma-
iestate dei et de virtute eius. Per do-
mum superius per templum celes-
tem patriam designamus. Fumus
vero si intra domum fuerit oculos
a foris per spiraculum obstinat
ut non perfecte possint videre ea
que in domo geruntur. Templum igitur
patrie celestis non fumo est plenum

qua electi in hac vita positi dum
oculos mentis sue ad contemplanda
celestia attollunt obscurantur
quadam caligine quam transcende-
re non possunt quam obscuracionem fu-
mum vocat. Hanc caliginem pau-
lus patiebatur cum dicebat: Vide-
mus nunc per speculum in enigma-
te. Tunc autem faciem ad faciem.
Et iterum: Nunc cognosco ex par-
te, tunc autem cognoscam sicut et cog-
nitus sum. Et notandum est quia
hac obscuracione electi quamdiu in
hac vita positi sunt patiuntur.
Cum autem ad illam celestem pa-
triam et beatitudinem transierint
ab oculis mentis eorum aufertur.
Unde et sequitur: Et nemo po-
terat introire in templum donec con-
summarentur vii plage vii ange-
lorum. Nunquam in illa celesti be-
atitudine cottidie iusti non in-
troeunt. Sed de ingressione corporum
post hoc diem esse intelligamus.
In illa quippe celesti beatitudine
cottidie iusti non ~~introeunt~~ ingre-
diuntur cum corporibus suis usque
dum vii plage angelorum comple-
antur. De vii plagis supra diximus.
Ultima vero plaga est cum antichristum
cum suis erroribus [illegible]
interficiet. Finitis autem septem
plagis pro quibus consummandis
dies iudicii fiet sancti corpora
sua recipient atque in templo ce-

lestis patrie semper sine fine cum deo per-
manebunt. De hac habitacione
dicit propheta: Beati qui habitant in
domo tua, in secula seculorum lau-
dabunt te. Et audivi vocem
magnam de templo dicentem
angelis septem: Ite et effundi-
te septem phialas iracundie dei
in terram. Vox de templo vox divina
est percipientibus predicatoribus
ut verbum dei non solum electis sed
et reprobis annuntient, quatinus
isti unde corrigantur habeant
et illi unde districtius dampnentur.
Per terram vero peccatores intelli-
guntur. Predicatores itaque phi-
alas suas super terram effundunt
cum verbum dei peccatoribus annun-
ciant. Et abiit primus et effu-
dit phialam suam in terram et
factum est vulnus sevum ac pessi-
mum in homines qui habebant
caracterem bestie et eos qui
adoraverunt ymaginem eius.
Primus angelus predicatores
qui ante legem fuerunt designat
sicut et ille qui in precedenti
visione tuba primus cecinisse
visus est. Sed ibi per terram per-
tinet que combusta est electi designantur.
Hic autem per eos qui vulnus
sevum ac pessimum passi sunt
reprobi. Effundit igitur angelus
phialam suam in terram quia
sancti viri qui ante legem fuerunt
admonitionis verba impiis

impijs impenderit ut eos cor
rigerent Sed minus sevum ac pessi
mum in eos fuit est quia contra p
dicacione sanctorum de celo ec(?) esse
mandata dei contempserunt Minus
namque sevum ac pessimum est con
temptus mandatorum dei Verum
si minus sevum ac pessimum tan
tummodo ad reprobos pertinet et il
li tantummodo hoc passi sunt qui
caracterem bestie habuerunt
querendum nobis est quid ca
racter est bestie Et si per carac
terem bestie superbiam intelligere
voluerimus eo quod propter illam
dyabolus de celo cecidit adver
tere debemus multos electos superbi
minus habuisse sed medicamento
humilitatis sanatos esse Est
autem aliud vicium pessimum
quod medicamentum penitencie semper
excludit Simulat enim dyabolus in
esse irrevocabilem ut multos
ab iniquitatibus corrigi posse
Itaque qui irrevocabilis est
medicamentum penitencie respuit
sicut dyabolus ab hoc medica
mento alienus existit Ergo qui
per doctrinam sanctorum predicatorum apostolis
prius revocari non poterunt
caracterem dyaboli habuerunt
quia incorrigibiles et impe
nitentes perseverant Sed quia hoc
vicium nostro tempore multum laborat
necesse est ut de multitudine eius
aliquid dicamus Nam sunt non

nulli ita irrevocabiles ut quod
nis sciant pravam esse assercionem
suam nullo modo ab ea revocari pos
sunt timentes vinci ab hominibus
et ut non convincantur mendacijs
periurijs atque flammatibus contentionibus
falsitatem suam defendere
conantur Dumque timent vinci ab
hominibus a dyabolo vincuntur
Cetera ergo vicia medicamento
penitencie sanantur Istud solum
est quod a se salubre medicamentum
excludit ne scilicet per confessionem
et penitenciam victi esse videantur
Et quia malum suum ne victi esse
sed vicisse videantur laudant eo
pletum illud prophete Ve qui di
citis bonum malum et malum bonum
ponentes tenebras lucem et lu
cem tenebras Refertur autem quod
esse que serpentem vincat et eo
mordente sed post paululum veneno
perimit Similiter et isti gaudent
se vicisse proximos sed talis vic
toria interfectos animarum illorum
Quicumque ergo tales sunt caracterem
portant dyaboli Per ymaginem
vero bestie vicia possumus intelligere
eo quod ille sit auctor omnium ma
lorum Ymaginem itaque bestie
adorat quicumque vicijs servit Nam
et Paulus dicit Cum deus necesse
est omnium predicatorum falsorum
errorum inquid deus venter est et gloria

Caracter bestie de penitencia

in confusionem operum qui terrena
sapiunt. Sed multi et avaricia
intuitu vocat ydolorum servitutem. Et secundus 2
effudit phialam suam in mare et
factus est sanguis tamquam mor-
tui et omnis anima vivens mor-
tua est in mari. Iste angelus doc-
tores legis significat sicut et ille
qui in precedenti visione secundus
tuba cecinisse visus est. Sed ibi
tertia pars maris in sanguinem versa
fuisse dicitur per quam electos desig-
natos fuisse diximus. Hic autem
totum mare in sanguinem versum esse
legitur. Vindicta criminalium sce-
lerum secundum legem erat sanguinis
effusio. Per mare autem perfidia
doctores legis designantur. Qui in
sanguinem versum est, quia vindic-
tam perpetuam pro contemptu manda-
torum dei receperunt. Omnis vero
anima vivens mortua est in mari
quia multi eorum qui in mari erant
idest communis reprobis quos per mare
designavimus, et qui ante recep-
tionem legis vivi idest iusti vide-
bantur, accepta lege quia iniusti
fuerunt eorum prevaricatione legis compro-
batum est. Sunt etiam multi in
ecclesia qui aliquando ad honores
ecclesiasticos sive seculares conscendunt
sancti et iusti videntur. Verum ac-
ceptis honoribus dum domum dei in
malum convertunt, quod mortui
et non vivi fuerunt ostendit patet.

3 Et tercius effudit phialam
suam super flumina et super fontes
aquarum, et factus est sanguis.
Iste angelus apostolos significat.
Per flumina vero fontesque aquarum
iii tribus cum suis familiis
designantur. Unde et in precede-
nti visione per tercium angelum
tuba canentem apostolos diximus
fuisse designatos. Sed ibi ter-
tia pars fluminum atque fontium versa
esse legitur in absinthium
per quod eos qui per doctrinam apostolo-
rum amaritudinem penitentie assu-
mpserunt atque per ea salvi esse
meruerunt diximus esse de-
signatos. Hic autem in effusione
phiale tercii angeli flumina
et fontes in sanguinem versa
fuisse leguntur. Angelus igitur
phialam super flumina et fon-
tes aquarum effudit, cum apostoli
sancti impiis apostolis verbum dei
annunciaverunt. Sed illi compedita
tunc sanctorum multo desideres
essent non solum mandata dei con-
tempserunt sed et corpora ibi
dei ministros occiderunt. Iusti sangui-
nem non ipsi sunt quia ipsi
sibi metipsis mortem perpetuam
intulerunt. Et audivi ange-
lum aquarum dicentem. Iustus
es qui es et qui eras sanctus
quia hec iudicasti, quia sanguinem
sanctorum et prophetarum fuderunt
et sanguinem eis dedisti bibere.

quo digni sunt. Possumus per
angelum quartum angelum illius
populi illius intelligere qui iudeos
iusto dei iudicio populum immer-
ito dampnatum laudat summam ius-
tissimam dei omnipotentis. Et quia
sanguinem sanctorum et prophetarum fude-
runt, sanguinem biberunt quia pro mor-
te temporali quam iustis intulerunt
mortem perpetuam receperunt. Et au-
divi ab altari dicentem: Eci-
am domine deus omnipotens vera et
iusta iudicia tua. Possumus per
altare sanctos viros qui eodem
tempore fuerunt intelligere, qui lauda-
verunt iustum iudicium dei, eo quod
impio populo iustissimam damp-
nacionem intulerit, sicut legimus
danielem et tres pueros fecisse.
Et quartus effudit phialam
suam in solem et datum est illi estu
affligere homines et igni, et estua-
verunt homines estu magno et
blasphemaverunt nomen dei habentis
potestatem super has plagas, ne-
que penituerunt ut darent illi gloriam.
Quartus angelus christum et a-
postolos eius ceterosque predicatores
significat, ut quartum ange-
lum in superiori visione significasse
predocuimus. Ibi per solem populus
iudeorum, per terram, per solis et
lune atque stellarum, fideles qui ex
illo populo in christum crediderunt de-
signatur. Quartus igitur ange-
lus phialam suam in solem effudit,

quia christus et apostoli eius quod im-
pii iudei a romanis delendi
essent apertis vocibus predixerunt.
Sed sicut quilibet sumus accipit
a deo suo gladium vindicte quo
ingulet, sed unde veram ingulet,
certa et vera effusione phiale
in qua ira dei continebatur non adhuc
susceperunt ut ipsi perierunt, sed ad
vindicandum christi sanguinem in
iudeos effuderunt. Unde et sequi-
tur: datum est illi estu affligere homines
et igni. Possumus per estum obsi-
dionem, per ignem autem famem et gladium
quibus iudei pene omnes consump-
ti sunt intelligere. Datum est ergo
sibi affligere homines estu et igni
quia romanis datum est adeo
ut impios iudeos diversis cala-
mitatibus afflictos, quosdam
occiderent, quosdam a sua terra
evellerent. Et estuaverunt homines
estu magno. Quam magnus fuit
ille estus quo romani iudeos
affecerunt, qui vult scire legat
iosephum, et inveniet nullam
gentem in omnibus regnis terrarum
atrociora passam. Et blasphema-
verunt nomen dei habentis pota-
tem super has plagas. Quam im-
pia fuit gens iudeorum, sicut eam sa-
cra scriptura perhibet, sicut in mandi-
ta mala perpetrare, non solum a blas-
phemiis christi non cessaverunt
sed etiam multo detiores blasphe-
mias in suis afflictionibus contra

deum commoverunt. Unde et sequitur
Neque egerunt penitentiam ut darent
illi gloriam. Darent namque deo gloriam
si operibus iniquitatibus penitentiam
agentes in Christum credidissent
eiusque mandata custodissent.
4 Et quintus effudit phialam suam
super sedem bestie et factum est reg-
num eius tenebrosum et comman-
ducaverunt linguas suas pre dolo-
re et blasphemaverunt deum celi
pre doloribus et vulneribus suis
et non egerunt penitentiam ex operibus
suis. Quintus angelus ortho-
doxos patres qui contra hereticos
dimicaverunt significat quemad-
modum et ille de quinto significat
qui in superiori visione quinta
tuba cecinit. Et sicut illic per
locustas heretici designati sunt
ita et hic per sedem bestie heretici
designantur. Bestia autem dya-
bolus significat. Hic igitur heretici sedes
bestie dicuntur quia in eorum cordi-
bus dyabolus habitat. Quintus igitur
angelus phialam suam super sedem
bestie effudit quia sancti viri erro-
res hereticorum detegentes eos per
illius instaciam manifestare studu-
erunt. Factum est vero regnum eius
tenebrosum quia illis quibus
doctrina hereticorum fulgida vide-
batur per doctrinam sanctorum patrum
quam mala et tenebrosa esset
demonstratum est. Commanducaverunt
autem linguas suas pre dolore
quia singuli singulorum erro-
res reprehendebant. Illa neque ar-
rius sequitur eunomium vel sabel-
lium vel quemquam aliorum, neque alius
aliud sed unusquisque sua heresim sta-
bilire volens ceterorum errores re-
prehendebant. Qui etiam deum pro
doloribus et vulneribus suis blas-
phemasse dicuntur. Dolebant quippe
heretici eo quod a katholi-
bus se convincerent. Vulnera
vero eorum erant errores singulorum.
Blasphemabant vero heretici
deum pro doloribus suis quia quan-
to amplius a katholicis vin-
cebantur tanto ampliores blas-
phemias ad doctrinam eorum inve-
niebant. Impellebant nichilominus
eos ad deum blasphemandum ipsi
errores quos profitebant. Qui
etiam super penitentia fuisse dicuntur
quia non aliquem convincentibus
hereticis invenies qui penitentiam
egerit operibus erroribus. 6 Et sextus
effudit phialam suam super flumen
magnum eufraten et siccavit
aquam eius ut prepararetur via
regibus ab ortu solis. Sextus
iste angelus eandem significationem
habet quam et ille qui sextus
tuba cecinisse visus est. Significat
namque viros sanctos. Et qui
designatur illic per equites aquis
tertia pars hominum fuisse occisa
describitur. Ipsi et in hoc loco
per flumen magnum eufraten per-
secutores videlicet ecclesie dei. Effu-
dit ergo phialam suam angelus

super flumen eufraten. Quia que
dampnacio persecutoribus instaret
apud persecutores sub aliqua trepi
datione predicaverunt. Per aquam
vero copiam persecutorum designat. Sic- aqua
cavit aquam eius quia tandem
in predicacione verbi dei sancti
multos perstiterunt et ipsi deum ut
persecutores sunt acciperet, quibusque
persecutoribus imminuerunt devicti
sunt, quibusque fidem christiane sub-
iecti post subiecti sunt. Per reges
multitudinem gencium que ad
fidem christi post conversionem persecutorum possumus
intelligere. Via itaque regibus sic-
cata atque preparata est quia
sublatis persecutoribus libera facul-
tas data est omnibus gentibus
ad fidem christi veniendi. Sed
quis ab ortu solis venisse di-
citur nisi a christo qui per solem de-
signatur, cum non a christo sed a dyabolo
dyabolum relinquentes venerunt
nisi forte per solem dyabolum sol
intelligamus ut ab ipso ad christum
venerunt. Sed melius est ut per so-
lem christum intelligamus quem appellat
propheticam: Vobis autem timen-
tibus nomen meum orietur sol ius-
ticie et sanitas in pennis eius.
Ab ortu ergo solis reges a christo
veniunt qui christo inspirante
et impellente ad eum veniunt.
Ipsius est enim dare et velle
et perficere que bona sunt sicut
ipse dixit: Sine me nichil potestis

facere. Ab ipso itaque veniunt quicumque
ad christum veniunt, quia ipse dat
ut veniant et ipse suscipit veni-
entes. Et vidi de ore draconis
et de ore bestie et de ore pseudo
prophete spiritus tres inmundos in mo-
dum ranarum. Sunt enim spiritus demo-
niorum facientes signa. Vocacione gencium
descripta qualiter ad fidem christi ve-
nerunt, nunc narrat facta antichristi
qui circa finem mundi venturus est.
Per spiritus non tres immundi discipulos
designat antichristi qui eum per uni-
versum mundum predicaturi sunt. Qui
quamvis homines sint futuri spiritus
immundi et spiritus demoniorum vo-
cantur, quia demones in ipsis ha-
bitabunt et per eos loquentur. De ore
enim draconis antichristi et de ore pseu-
doprophete eius exituri sunt
quia per eorum doctrinam filii dyaboli
efficientur. Enim etiam de ore dra-
conis exire dicti sunt quia per
antichristum dyabolus loquitur. Ranis Rane
michi... qui sunt reptilia immun-
da et de luto nascencia assi-
milantur, quia sicut rane in sor-
didis aquis commorantur, ita et
discipuli antichristi eos facile decipi-
unt qui corde dulcibus viciis et sorde-
ribus non timuerunt sordidari.
Rana vox rauca et tur-
pis impurissima eorum predicacionem
blasphemiis plenam designat.
Et procedunt ad reges terre totius
congregare eos in prelium ad diem
magnum dei omnipotentis. Per reges
terre non solum reges sed prelatos designat

Congregabit autem illos diaboli
antichristus in prelium in die magno dei
omnipotentis non quod contra deum pug-
nare audeat in die iudicii a quo
tam terribiliter iudicabuntur sed congre-
gabunt eos ad prelium ad persequen-
dum certamen ut in die magno dei om-
nipotentis perpetua pena dampnentur
Et quia finita persecutione antichristi
dominus ad iudicandum christus veniet
subdit Ecce venio sicut fur
dicit dominus sicut dicit apostolus sicut
fur in nocte ita veniat. Cum enim
dixerint pax et securitas tunc
repentinus eis superveniet interitus
Beatus qui vigilat et custodit
vestimenta sua ne nudus ambu-
let et videant turpitudinem eius
Impii qui in voluptatibus carnis
sue venienti in quadam mollicie
lectuli acquiescunt et qui nolunt
providere mala que secuntur non
incongruenter dormire dicuntur
quos apostolus ammonet dicens Sur-
ge qui dormis et exurge a
mortuis et illuminabit te christus
Iusti vero qui mala que secuntur
providere student qui voluptates
carnales nec contingunt qui
armis virtutum se muniunt ut
contra invisibiles hostes inde spi-
ritualiter dimicare valeant non in-
congrue vigilare dicuntur Hii quoque
bene sunt vestiti. Vestimenta autem carita-
tis sunt opera bona. Custo-
dia vestium custodia est manda-
torum dei. Vestimenta igitur nostra cus-
todimus si ea que precepit deus

operando impleverimus. Nudus
vero est qui a bonis operibus a-
lienus existit. Nudi impii am-
bulabunt cum ad diem iudicii
a bonis operibus vacui deducentur
Et tunc turpitudo illorum vide-
bitur quia et angelis et ho-
minibus eorum scelera manifesta-
buntur. Et congregabit eos
in locum qui vocatur hebraice
armagedon. Armagedon mons
globosus sive consurrectio interpretatur
interpretatur. Que utraque interpre-
tatio diei iudicii coaptari potest
Mons quippe globosus va-
vocatur eo quod globus flam-
marum quo mundus totus
delebitur. Similiter et consurrectio
interpretatur eo quod omnes
homines in priorem statum resur-
gendo reparentur. Et septimus angelus
effudit phialam suam in aerem.
Per septimum istum angelum
predicatores sancti qui temporibus
antichristi futuri sunt designantur
sicut et illud significasse diximus
qui superius septimus tuba ceci-
nisse legitur. Per aerem vero
vani homines designantur. Angelus
igitur phialam suam in aerem effudit
quia predicatores sancti vanis et
impiis hominibus quia perpetu-
a pena sunt dampnandi denun-
ciabunt. Et exivit vox magna
de templo a throno dicens. Vox
magna vox est predicatorum
sanctorum. Per templum ecclesia intelligitur
De templo ergo vox exiit quia

ab ecclesia vox sanctorum predicatorum procedit. Que centum et ab throno ac ipse dicitur. Quia centum dei thronus est dei et in illa sedens requiescit. Quid autem hec vox dicat subdendo manifestat. Factum est id est finis mundi instat in quo omnia que predicta sunt adhuc et a sanctis complebuntur. Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua et terremotus factus est magnus qualis numquam fuit ex quo homines fuerunt super terram talis terremotus sic magnus. Per fulgura et miracula que per sanctos suos deus facturus est designatur. Legimus namque in superioribus Heliam et Enoch plurima signa facturos. Per voces predicationes eorum. Et per tonitrua terrores ipsorum comminatur. Per terremotus vero motum cordium designat sepe. Movebuntur enim de malo ad bonum quidam predicationem dei qui in christum credituri sunt. Movebuntur alii de bono ad malum qui fidem christi relicturi sunt et errores antichristi secuturi. Et facta est civitas magna in tres partes et civitates gentium ceciderunt. Civitas magna civitas est diaboli id est omnis multitudo reproborum. Per tres partes in quibus divisa est Iudei qui in christum credere noluerunt et pagani atque falsi christiani designantur.

Et autem dicit et civitates gentium ceciderunt videtur ad diem iudicii pertinere. Civitates gentium cadent cum eo igne qui faciem iudicis venientis precedit omnes gentes delebuntur sicut dicit propheta. Ignis ante ipsum precedet et inflammabit in circuitu inimicos eius. Et Babilon magna venit in memoriam ante deum dare ei calicem vini indignationis ire eius. Quo Babilon in memoriam ante deum venisse dicitur cum ad eius memoriam in quo nichil accedit nichil recedit preter quia cum omnia presentia sicut preterita ita presentia et futura conspiciat. Ergo memoriam quod tempore posuit. Babilon agitur in memoriam ante deum veniet quia illud tempus veniet in quo statuit iudicare mundum et reddere unicuique secundum opera sua. Vinum vero indignationis ire dei pena est perpetua qua proculdubio iudicio omnes impii cum auctore iniquitatis dyabolo dampnabuntur. Et omnis insula fugit et montes non sunt inventi. Eandem significationem habent insule et montes quam civitates gentium que paulo superius dicuntur cecidisse. Per insulas namque gentes, per montes vero principes eorum designantur. Fugere autem dicuntur cum ab igne in die iudicii delebuntur. Et grando magna sicut talentum descendit de celo in homines. In evangelio scriptum est quod quidam paterfamilias pergens proficiscens

de talentis

dedit uni quinque, secundo duo, tertio unum talenta, alii duo, alii unum. Sed primus et secundus negociando talenta que a domino acceperant duplicantes. Tertius fodit in terra et abscondit pecuniam domini sui. Quicumque ergo bona temporalia aut quaestuum artes a domino accepimus pro talentorum acceptione nobis reputabitur. Iusti igitur qui per primum et secundum servum designantur talenta sua duplicant quia bona temporalia que a domino acceperunt in bonis operibus expendunt atque ad bona agenda consciencias provocant. Impii vero qui per tertium servum designantur talenta sua in terra abscondunt quia ex bonis temporalibus que a domino receperunt vicia potius quam virtutes emunt. Per grandinem que ea que ex terra nascuntur conterit et delet vindicta dei omnipotentis designatur que impios teret et in infernum demerget. Quemadmodum talentum dicitur quia unum quemque secundum talenti qualitatem puniet et quanto amplius quis delinquit tanto ampliora tormenta sustinere coget. Et obstinatio valde est quod sequitur. Et blasphemaverunt homines deum propter plagam grandinis quoniam magnificata est vehementer. Quis enim illo tam districto iusto que iudicio deum blasphemare audebit

Sed blasphemare dicuntur quia blasphemie verborum quas modo corde tegunt tunc manifestabunt. Et venit unus de septem angelis qui habebat septem phialas et locutus est mecum dicens. Sicut superius sub cantu tube septimi angeli diem iudicii breviter comprehendens ad ea que superius pretermiserat redit atque statum ecclesiam sub specie mulieris que amicta erat sole et luna sub pedibus eius describens passiones quas a dyabolo pertulit et quas ab antichristo in fine mundi passura est adnectit. Ita et hic sub effusione septime phiale angeli diem iudicii summatim perstringens ad ea que pretermisit redit. Atque sub specie mulieris meretricis civitatem dyaboli describens quas penas pro sceleribus suis passura sit in specialibus manifestat. Angelus vero phialas habens predicatores designat. Iohannes vero typum tenet omnium fidelium. Unde et subditur. Veni ostendam tibi dampnationem meretricis magne que sedet super aquas multas cum qua fornicati sunt reges terre et inebriati sunt omnes qui habitant terram de vino prostitutionis eius. Meretrix ista in aliquibus locis romana specialiter que tunc etiam dei persequebatur in quibusdam vero generaliter civitatem

dyaboli ad se omne corpus suorum reproborum
deuorat. Angelus igitur Iohanni
ostendit dampnationem meretricis
magne, qui predicatores sacri
eloquii et scriptores fidelibus osten-
dunt, quas penas impiorum pro
sceleribus suis patiatur, ut eo-
rum penis territi appetitus absti-
neat. Que super aquas multas
sedet dicitur, quia cum multitudine
gentium, que per aquas designatur, ci-
uitas dyaboli construitur. Cum
qua reges terre fornicati esse di-
cuntur, quia sectam Babilonis
amplexi sunt potius quam destru-
xerunt. Et inebriati sunt omnes
qui habitant terram de vino pro-
stitutionis eius. Vinum prostitu-
tionis diuersi errores sunt et di-
uersa scelera impie ciuitatis
Babilon, sicut meretrix prostituitur
omnibus pro sua fornicatione uolen-
tibus ut eorum inmunditiis pol-
luatur. Ita et omnes impii subi-
ciuntur demonibus tam corporis prauis
suggestionibus ~~spiritualibus~~ obtem-
perantes et omnibus sceleribus subi-
ciunt se, sicut propheta ad ipsos lo-
quitur dicens: Et posuisti uerticem
corporis tui et quasi uiam
transeuntibus. Terre autem habita-
tores, id est reprobos uocat. Ebri-
etas uero malicia est Babilo-
nis, quia sicut ebrius tam-
diu impletur, anima usque dum

uite sua alicuius efficiat. Ita
et reprobi tamdiu omni malicia
se ipsos replent usque dum uite
sua alieni efficiuntur et timorem dei om-
nem a se iniuriis abiciat. Sicut
dicit beatus Iob: qui bibit sicut
aquam iniquitatem. Et abstulit
me in spiritu in desertum. Et uidi
mulierem sedentem super bestiam
coccineam plenam nominibus blas-
phemie, habentem capita vii
et cornua x. Per desertum omnis
multitudo impiorum designatur,
eo quod ipsi deseruerint deum
et ideo deserti sunt ab eo. In de-
serto igitur mulier meretrix
uincitur, quia cum multitudine
impiorum ciuitas dyaboli constat.
Bestia uero sicut in precedentibus expositum
dyabolum signat. Coccinus autem
colorem sanguinis habet. Et per
sanguinem sepe mors designatur.
Dyabolus itaque sanguineus est, quia
auctor est omnis perditionis. Que
bestia plena nominibus blasphe-
mie esse dicitur, eo quod ipse
dyabolus plenus sit auctor omnium
blasphemiarum. Que uero sint autem
capita vii et cornua x, ange-
lus in sequentibus exponit. Et mu-
lier erat circumdata purpura
et coccino et inaurata auro
et lapide precioso et margaritis,
habens poculum aureum in manu
sua plenum abhominatione et
inmunditia fornicationis eius.

purpura sanguine tingitur. Coc-
cus vero sanguineus habet colo-
rem. Utraque vestimenta regalia, per que potestas
secularis designatur. Per sanguinem au-
tem sepe mors designatur. Purpura(m)
igitur et coccus sanguinis speciem ha-
bent, quia potestas secularis morti
facta est et peccatis, spiritualium affec-
tibus, quos ea amplius quam celes-
tem patriam amplectitur. Possumus
etiam per vestimenta sanguinea opera
impiorum intelligere, per que morte
perpetua dampnabuntur. Sed et se-
quitur. Et inaurata auro. Per
aurum sepe sapientia designatur. Mu-
lier igitur inaurata erat auro
quia sapientiam huius seculi posside-
bat, que stultitia est apud deum.
Per gemmas vero et margaritas e-
loquentia secularis demonstratur.
Per poculum aureum quod in manu
tenuisse dicitur doctrina philo-
sophorum et poetarum designatur.
Quod plenum abhominacionum et
inmundicie fornicacionis eius esse
dicitur, quia per doctrinam philo-
sophorum que plena erat mendaciis
omnibusque erroribus ad decipien-
dum genus humanum compositi sunt.
Et in fronte eius nomen scriptum
misterium Babilon magna mater
fornicacionum et abhominacionum
terre. Per frontem atque faciem ho-
mo noscitur. Similiter et impii
ex operibus suis intelliguntur. Sicut

salomon ait: Ex studiis suis in-
telligitur puer. Per frontem atque
faciem opera impiorum designantur,
quia ex operibus intelliguntur
qui sunt filii dyaboli civesque
perverse civitatis. Et vidi mu-
lierem ebriam de sanguine sanctorum
et de sanguine martirum Jhesu. Quod
quod Babilon sanguinem sanctorum
biberat, ideo ebria erat, id est ab
omni spirituali racione aliena.
Ebria erat, quia tanto sanguine
sanctorum ita eam dampnabilem fe-
cerat et a misericordia dei a-
lienam, ut non esset digna, que
tamen aliquando penitens salvari
posset. Et miratus sum
cum vidissem illam admira-
cione magna. Mirantur fide-
les cum vident reprobos tantum
a timore dei alienos, ut sine a-
liqua trepidacione et innocen-
tibus plurima mala ingerat
et omnibus flagiciis semet-
ipsos demergat, sciens deum
nullum scelus inpunitum re-
linquere, nisi per penitencie acte-
risque medicaminibus quibus
peccata sanantur fuerit deletum.
Et dixit michi angelus: Quare
miraris? Ego dicam tibi sacra-
mentum mulieris et bestie que
portat eam, que habet capita VII
et cornua X. Eundem signi-
ficacionem hec bestia hoc loco
quam et supra diximus dracone

habuisse. Significat namque dyabolum. Et ideo fuit capitum vii et cornua x ut superius diximus in sequentibus apparuit. Bestia quam vidisti fuit et non est et ascensura est de abysso et in interitum ibit. Bestia idest dyabolus fuit ante adventum Christi possidens genus humanum non est modo idest non possidet genus humanum sicut ante eam quia per Christum ab electorum cordibus expulsus est. Ascensura idest de abysso quia temporibus antichristi solvetur sathanas de carcere suo et exibit et seducet gentes sicut sequentia plenius manifestat. Et in interitum ibit quia cum omnibus reprobis quos decepit et cum omnibus satellitibus suis eterna pena dampnabitur. Et mirabuntur inhabitantes terram quorum non sunt scripta nomina in libro vite a constitutione mundi videntes bestiam que erat et non est. Inhabitantes terram eos debemus intelligere qui amatores erunt terre magis quam dei ipsos antichristus facile decipiet. Mirabuntur ergo reprobi quorum non sunt scripta nomina in libro vite idest qui non sunt predestinati ad vitam eternam videntes bestiam idest dyabolum per antichristum signa facientem et in antichristo dyabolum admirantes. Et hic est sensus qui habet sapienciam idest in hoc quod sequitur magna obscuritas est et sensus ad ea intelligenda valde acuendus est. Et ~~nobis~~ nos rogemus dominum ut hanc obscuritatem nobis aperiat. Septem capita vii montes sunt super quos mulier sedet et reges vii sunt. Quinque ceciderunt unus est alius nondum venit et cum venerit oportet illum breve tempus manere. Diximus superius quod vii capita draconis illic reprobos et dampnatos per quos dyabolus genus humanum decipit quos etiam in septem partes divisimus sicut et ceteram multitudinem reproborum. Et quia eandem significacionem habet hec bestia de qua loquimur quam et draco ut diximus habuisse qui et montes dicuntur quod altiores fuerunt illis simplicibus qui ceteros deceperunt quam illi qui ab eis decepti sunt sicut in scripturis de babilone dicitur quia venerunt peccata eius usque ad celum. Vocantur namque montes et septem reges eo quod ceteris ad perdicionem euntibus ducatum prebuerunt. Super hos vii montes meretrix sedere dicta est qui ab hiis civitas dyaboli in omnibus erroribus atque sceleribus informata est. Nam sicut apostoli

fundamenta dicunt(ur) esse eius ita
e diu(er)so inuentores errorum fun
damenta sunt ciuitat(is) dyaboli
Ex his igitur capitib(us) sive mon
tibus vel regibus vii cecideratt
unus erat aliud nondum venerat
primum cap(ut) dyaboli ceciderat
quia illi qui ante diluuium fue
runt per quos hi qui filii dei
vocabant(ur) decepti sunt in clo
acam inferni descenderant Si
milit(er) et secundi qui post diluui
um usq(ue) ad legem fuerunt in ca
dem p(er)dicionis fouea demersi
tenebantur. Ceciderant et
tercii qui populo dei quib(us) lex
data est ydola colere suadebant
Similit(er) et falsi p(ro)phete qui in
quarto loco ponunt(ur) ita ceciderant
i(n) interitu sue p(er)dicionis seco q(ui)
deceptores fuerunt p(o)p(u)li dei. Q(ui)
nque v(er)o Iudei qui d(omi)num in
terfecerunt et ap(osto)los dei p(er)secu
ti sunt qui in quinto loco ponu(ntur)
eo t(em)p(or)e quo hec visio Iohanni
demonstrata est a Romanis
deuastati fuerant Quinq(ue) ergo
capita bestie iam ceciderant
q(ue) montes reges que nominant(ur)
quia omnes p(re)dicti reprobi et
Iudei qui in quinto loco ponunt(ur)
iam p(er)dicionis sue penas lue
bant. Unus erat qui plagam
illi videlicet qui eciam dei p(er)
secuti sunt qui in sexto loco
ponunt(ur) tunc eciam s(er)uos dei p(er)seque
bant(ur) Ob quam causam et iste

Iohannes in pathmos insula
relegatus tenebatur. Alius
nondum venerat quia antix(ristu)s
qui in septimo loco ponitur non
dum venit Et cum venerit op
tet illud breue t(em)p(o)ris manere
quia dies illius nisi fierent
ob p(ro)p(ter) electos suos et destruct
illius atcione aduentus sui
sicut ipse dicit in ewangelio
Et nisi breuiasset d(ominu)s dies
illos videlicet dies p(er)secucionis an
tixristi non fieret salua omnis
caro P(ro)p(ter) electos tamen solos
electos designans Et bestia
que erat et non est et ipsa octa
est et de septem est et in interitu
vadit. Bestia id est dyabolus
qui ante aduentum antixp(ist)i
dominabatur huma(n)o generi et no
mo ita tenet illud obnoxium
quemadmodum tunc faciebat
Ipsa scilicet bestia octa est
Septem namq(ue) partes sunt omnium
reproborum Octaua pars eorum
est dyabolus cum ceteris demo
nibus. Ac septem est quia de
societate reproborum demones
existunt et sicut fuerunt au
tores p(er)dicionis eorum Ita erit
et socii tormentorum Unde et se
quitur Et in interitum vadit
Hec que sequunt(ur) usq(ue) ad eum
locum ubi angelus de celo
descendisse scribit(ur) ad destit
tionem romani imperii p(er)tinet
p(er)tinet Et x cornua que vidisti

X reges sunt qui regnum no-
dum acceperunt sed potestatem tamquam
reges una hora accipient post
bestiam. Quatuor bestie in visi-
one danieli demonstrate sunt
per quas quatuor regna figurabantur.
Quarta autem bestia que erat
fortis atque terribilis per quam ro-
manum designatum sunt. X cor-
nua habuisse describitur per que
ea regna que romanum imperium
destruxerunt designata sunt
sicut sanctus ieronimus quo-
rundam assertionem sequens ex-
ponit. Eandem itaque signi-
ficationem habent x cornua
in hoc loco, quia et illa habu-
isse dicuntur. Significat ergo
per ea regna per que romanum
imperium destructum est. Ro-
manam namque asie perse penitus
abstulerunt. Arabes vero sar-
racenorum totam subegerunt.
Guandali affricam sibi ven-
dicaverunt. Gothi hispani-
am, longobardi ytaliam,
Burgundiones galliam, fran-
ci germaniam, huni pannoniam.
Alemanni autem et sueui mul-
ta loca depopulati sunt que
eorum subiacent dicioni. Hec
autem regna eo tempore quo vi-
sio ista iohanni demonstrata
est potestatem nondum accepe-
rant, sed una hora tamquam reges

potestatem acceperunt, quia singu-
lorum istorum gentium potestas pau-
co tempore permansit. Post bestiam
regnum acceperunt, quia destruc-
to regno dyaboli. Propterea hee
gentes impiam potestatem accepe-
runt. Hii unum consilium habe-
bunt, et virtutem suam et potestatem
bestie tradiderunt, quia eorum
virtus atque potestas tradet. Unum
consilium habuerunt id est una
voluntate in malo. Virtutem
suam et potestatem bestie tradide-
runt, quia eorum virtus atque
potestas dyaboli fuit. Hii cum
agno pugnabunt et agnus
vincet illos, quia scimus has
gentes post paucas in vera fide
in xpistum iam suscepisse. Quoniam
rex regum est et dominus dominan-
tium, et qui cum illo sunt vocati
electi et fideles. Quoniam sunt reges
et dominatores ipsi sunt electi
et fideles. Ipsius est rex regum
et dominus dominantium, quia ipse est
rex omnium seculorum et dominus. Et
qui cum illo sunt vocati electi
et fideles sunt, id est sancti. Qui
enim ad hoc vocati sunt ut cum
illo in eternum permaneant, electi
et fideles vere vocantur. Vocantur
enim et reprobi, sicut dominus dicit
Multi sunt vocati pauci vero
electi. Sed reprobi ad hoc vocantur ut
inexcusabiles sint, electi vero
ut cum ipso in eternum permaneant

Et decem cornua que vidisti in
bestia, hii odient fornica-
riam. Fornicatoriam Romam vo-
cat, que pro defensione falsorum deorum
sui creatorem suum persequebatur.
Decem itaque cornua odio habu-
erunt fornicatoriam, quia gentes
que per cornua decem designate
sunt, ad destruendum romanum
imperium arma sumpserunt. Et
desolatam illam facient et nudam.
Desolatam illam fecerunt et nu-
dam, quando omnes gentes potesta-
ti eius adhemerunt. Et car-
nes eius manducabunt, quia
delicie carnem nutriunt. Possu-
mus per carnes delicias omnium
generum intelligere. Carnes eius
manducaverunt, quando opes
omnium gencium, que Rome de-
ferebantur, acceperunt et ad suos
usus redegerunt. Et ipsam
igni concremabunt. Romam, plu-
rimas civitates, vicos et cas-
tella, que romano imperio sub-
iacebant, ab hiis gentibus fu-
isse concrematas. Deus enim
dedit in corda eorum ut faciant
quod illi placitum est, ut dent
regnum suum bestie donec con-
summentur verba dei. Deus de-
dit in corda eorum, id est permisit ut
faciant quod illi placitum est
et quod predictum est a prophetis

eius et apostolis, qui predixerant
quod potestas romani imperii
ab hiis gentibus esset destruen-
da. Regnum autem suum bestie
dederunt donec consummarentur
verba dei, qui secundum inspiracionem
dei premiserunt, tamdiu sug-
gestionibus dyaboli in sceleribus
perpetrandis subiecti sunt, quam-
diu consummarentur verba dei et
implerentur ea que ab eo et sanctis
eius predicta sunt. Aquas quas
vidisti ubi meretrix sedet, populi
sunt, tribus et lingue. Per
aquas omnes gentes quas
sibi romani subiugaverant
designantur. Et mulier quam
vidisti est civitas magna
que habet potestatem super cunctos
reges terre. Hoc manifestum
est Romanis, cum romanos co-
tempore cunctis gentibus dominatos
se. Sed dicet aliquis: Quo-
modo mulier meretrix romani
designantur, cum illis temporibus
quibus hee gentes diversas clades
generi humano intulerunt
Romani christiani extiterint?
Ad quos nos respondemus:
Quia per mulierem meretricem
non electi qui ex eadem gente
fuerunt intelliguntur, qui propter
gloriam mundi amorem cristi
et gloriam celestem contempserunt. Sed

...bi sive pagani sive xpiani
fuerunt. Illorum quoque potestas ab ethnicis
gentibus destructa est qui in
perpetua dampnacione secum ipsos quam de
neccabant. Post hec vidi alium
angelum descendentem de celo
habentem potestatem magnam et
terra illustrata est a gloria eius.
Hec que secuntur generaliter ad in
pia civitate id est ad omnes qui
per eos pertinent. Et ut ple
nius eversionem babilonis
demonstret ad primam eius
ruinam que per xpistum electa est
revertitur. Angelus namque
iste xpistum significat qui de celo
ad terram descendere dignatus est
ut homines ad celestia suble
varet. Qui potestatem magnam
habuit deus. eram et patri coequ
equalis sit potencia patri.
Terra illuminata est a gloria eius
quia per doctrinam fidei eius
genus humanum a tenebris ignorantie
atque incredulitatis
est ereptum. Et clamavit in for
ti voce dicens. Vox xpisti
doctrina est ewangelii. Quid
autem hec vox clamavit sub
dendo manifestat. Cecidit ce
cidit babilon magna. Ipse
se dicit fecisse et dixit eam ba
bilonem cecidisse quia ipse fec
it ut caderet. Que bis dicitur ce

cidisse dicitur quia cecidit primo
cum per doctrinam ewangelii maxi
mam multitudinem electorum ami
sit quia ab ea per fidem xpisti sepa
rati cives sancte civitatis id est
ecclesie facti sunt. Cadet secundo
cum in ultimo die morti perpetue
que in hoc libro secunda mors
vocatur puniet. Et facta est
habitacio demonum. Numquid an
te adventum xpisti demones in babilo
ne non habitabant. Habitabant
quidem sed eorum habitacio ignorabatur.
Quando autem multitudo electorum
ad fidem que ipsa est babilon habita
cio demonum facta est quia illi
qui fidem xpisti susceperunt eam ha
bitacionem demoniorum in babilone
semper fuisse veraciter cognove
runt. Et custodia omnis spiritus
inmundi et odibilis. Qui sunt
demones ipsi sunt spiritus inmundi
et volucres inmunde. Volucres
quippe nominantur eo quod per aerem
spiritum more avium discurrant. Et desuper
terram discurrant. Custodes vero ba
bilonie ideo vocantur quia sicut
angeli electos dei custodiunt
necnon pessime peccaverunt ut pe
ant. Ita et demones impios
observant ne aliquando ab ini
quitatibus suis resipiscant
et salventur. Quia de vino ire
eius biberunt omnes gentes et re
ges terre cum illa fornicati sunt.

et mercatores terre de virtute
deliciarum eius divites facti sunt
Quid sit commiscere et quod forni-
cationes exercent cum babilone supra
mercatores docuimus. Mercatores
autem terre amatores seculi possunt
avidas intelligi qui animas suas pro
acquisitione pecuniarum periculo
tradunt. De mercatoribus huius-
modi Ihesus filius Sirach loqui-
tur dicens: Hic enim animam suam
habuit venalem quia in vita
sua proiecit intima sua. Tamquam
suam venalem habuit quia eam
pro acquisitione pecuniarum demo-
nibus tradere non timuit. Deli-
cias vero virtutem babilonis
vocat quia electi tota virtute
laborant ut divicias eternas
acquirant. Ita et reprobi totis vi-
ribus insistunt ut delicias pe-
rituras sibi accumulent. De ta-
libus dicit propheta: Ut inique age-
rent laboraverunt. Et audi-
vi aliam vocem de celo dicentem
Per aliam in hoc loco vocem designatur
vox doctorum vox predicatorum
de ecclesia qui videntur. Unde quod dicit
ista vox: Exite de illa populus
meus. Deus per predicatores
suos suadet electis suis ut
exeant de babilone non corpore
sed mente. Quemadmodum autem
a babilone exire debeant a se
quibus docet dicens: Et ne

participes sitis delictorum eius
Illi enim exire oportet a
babilone qui a malis operibus
eius se alienos reddunt
sicut psalmista describit
ipso loquitur dicens: Non sedi
cum consilio vanitatis et cum ini-
qua gerentibus non introibo.
Et de plagis eius non acci-
piatis. Quid sunt plage ba-
bilonis nisi mala que malis
interfiunt. Possumus etiam
per plagas babilonis penas
que impiis apparantur intelligere
ut sit sensus: Qui a peccatis
babilonis abstinuerint a pe-
nis quas meruit parcetur
alieni erunt. Quoniam pervenerunt
peccata eius usque ad celum et recor-
datus est deus iniquitatum
eius. Iniquitates babilonis
semper deus semper intuetur. Sed eam
condempnatam non esse credit videtur
non videre quod videt. Propheta ergo
quod dicit: Illud designatur tempus
in quo omnes impii pro sua pec-
cata plectentur. Reddite illi sicut
ipsa reddidit illis. Sive pro eo
quod impios sancti dei iudi-
cabunt sicut dicit dominus in evan-
gelio: In regeneratione cum se-
derit filius hominis in sede ma-
iestatis sue sedebitis et vos
super sedes duodecim iudicantes
duodecim tribus israhel. Sive pro eo

quia ipsi membra sunt eius cui in
dicandi potestas a patre tradita
est. Reddent ergo iusti impiis
mala que ab eis passi sunt
cum corpus cui caput illorum est
et cum ipsi membra sunt eos
perpetua pena dampnabit. Et
duplicate duplicia secundum
opera eius. Duplicat babilon
electos dei persecuta est quia
corporibus et animabus eorum
multa mala intulit. Dupli
ces penas ipsa recipiat quia
cum animabus corpora cruciabun
tur. Ipsaque duplicia dupli
cabunt quia penis temporalibus
atque hominibus quibus iustos
afflixit penas eternas recipi
ent. In poculo quo miscuit
vobis miscete illi duplum. Pro
poculo tribulacionis quod sancti
ab iniquis passi sunt possumus
intelligere. Quantum glorificavit
se et in deliciis fuit tantum date il
li tormentum et luctum. Quantum
cum glorificavit se et in deliciis fuit
id est in superbia crevit et om
nibus viciis se implevit
tanto et ampliora tormenta
recipiet. Quia in corde suo
dicit Sedeo regina et vidu
a non sum et luctum non videbo.
Regina se babilon non vo
cat cum se in perpetuum regnandi
dum extollit. Vidua non se es

dicit quia ab omnibus temporalibus qui
bus iuncta est et quibus superbi
re sua cuncta non se posse dis
iungi confidit. Luctum non se visuram
dicit etc. quia impii quamvis se
aut se pro sceleribus suis punien
dos esse fingunt se non videre
quod vident. Memoriam quoque mortis
ante se non vident nec tristes co
gitaciones leticiam mentis corrum
bet. Ideo in una die venient
plage eius mors et luctus et
fames. In die iudicii mors
perpetua illi veniet que in hoc
libro mors secunda vocatur. Luc
tus illi veniet sicut dominus dicit
in ewangelio Ibi erit fletus
et stridor dencium. Fames illi
veniet id est fames a cibis de
lectabilibus quibus requiescere ape
tit quas paciuntur ad quam et
quia milliones pervenit. Et
igni comburetur id est igne et
terno. Quia fortis est deus qui iudi
cabit illam. Et flebunt et pla
gent se super illam omnes reges
terre qui cum illa fornicati sunt
et in deliciis vixerunt cum vi
derint fumum incendii eius lon
ge stantes propter timorem tormentorum
eius dicentes Ve ve civitas
illa magna babilon ci
vitas illa fortis quia una hora
venit iudicium tuum. Quid sit for
nicatio regum cum babilone superius
exposuimus. Timuerunt valde et quod

longe stare dicuntur a cisdem
pecuniis et rebus sunt deuincendi a
quibus et cetera reprobi qui per Ba-
bilonem designantur. Stabunt ergo
longe mente et voluntate non
corpore horrentes supplicia per
quibus eternaliter cruciabuntur.
Stabunt longe per desiderium aliud
desideratis id est regnum sed aliud
peccatores adest tormenta eterna. Et
negociatores eius flebunt et luge-
bunt super illam quia merces
eorum nemo emet amplius. Quia

Negociatores 2° bona

supponimus per mercatores eius actores
seculi deputatos et designatos
Possumus autem hoc loco per negocia-
tores eos accipere qui bonum quod
videntur facere vendunt. Sunt
namque multi quibus licet specta-
culum sacra data est qui causas
pauperum audiunt perorant. Sed
quia non pro amore dei sed pro
munerum acceptionibus hoc faci-
unt sua mercede eos decipi-
unt. In tantum vero miseria hec
qualiunt ut nisi diuinas ali-
quid corporis qui locum habent
apud principem qui aliquod
verbum ad proximi pauperis
necessitatem sustinendam proferat
sine precii acceptione. Possumus
et per negociatores eos intelligere
qui ex bonis que faciunt laudes
ab hominibus requirunt. Possumus
etiam per eosdem illos qui gradus
ecclesiasticos vendunt intelligere

quod diuina scriptura valde con-
dempnat. Et quamuis multi
ab hoc scelere videantur immunes
iusti tamen eorum qui hec sepe
polluuntur. Quia ad magistros
respicit quod a discipulis de-
linquitur. Est et aliud scelus
valde pessimum quod ab hiis qui
archidiaconi appellantur
committitur. Ita ab adulteris et
fornicatoribus precium accipiunt et tacen-
do malum consenciunt quod pro auc-
toritate qua acceperunt arcere
emendare potuissent. Sunt etiam
alii eorum huiusmodi presbiteri
qui timentes se dampnari pro scele-
ribus suis in synodis archidia-
conorum presbiteris sunt assidui quam
contra gratia quos si quis aliquod
verbum contrarium facere voluit
defenduntur ab illis et fingunt
se nescire quod sciunt qui condempna-
tur a propheta dicente qui dicit
Ve qui dicitis malum bonum et
bonum malum ponentes tenebras
lucem et lucem tenebras. Vide
quid loquor quam libet vos. Ecce
aliquis sacerdos dyabolo reddidisti
Quis eum suasit presbitero ut for-
nicaretur nisi dyabolus. Qui
suasit ergo ut fornicaretur ipse
suasit ut precium tibi daret ut
hec salus sine timore perpetrari
posset. Primum ergo presbitero
precium predicationis eius ipse dyabolus
dedit. Ecce precium accepisti et

carum fratris Christi sanguine redemp-
tam, eidem dyabolo a quo redempta
est tradidisti. Unde in lege scriptum
est quod si quis hominem homini
vendit quanto magis tu rem
preciosam qui fratrem eius et non
reddidisset morte morietur. Sic
reus est qui hominem homini
vendit quanto magis tu reus
es qui hominem sanguine
Christi redemptum non homini sed quod
peius est dyabolo vendi-
disti. Illi itaque negociatores
flebunt et lugebunt in inferno
quorum mercedes corporeas emet
amplius amittat cum quibus com-
mercabantur et in mundo male
quorum mercedem conflaverunt. Merces
auri et argenti et lapidis precio-
si et margarite et byssi et pur-
pure et serici et cocci et omne
lignum thyinum et omnia vasa e-
boris et omnia vasa de lapide precio-
so et aeramento et ferro et mar-
more et cynamomum et odora-
mentorum et unguenti et thuris
vini et olei et simile et tritici
et iumentorum et ovium et equorum
et redarum et mancipiorum et a-
nimarum hominum et poma tue de-
siderii anime discesserunt a te
et omnia pinguia et preclara peri-
erunt a te et amplius illa non
reperient mercatores eorum. Per ho-
sensus quibus cumulata sunt avaricia
Babilonis atque luxuria condempna-

rea et iudicio dei ubi dicet
reprobis: Ite maledicti in ignem
eternum qui homicidis superbis
superbis fornicatoribus adulteris
sed dicet: Esurivi et non dedistis
mihi manducare; sitivi et non
dedistis mihi bibere et cetera opera
misericordie. A quibus avari-
cia retrahit propter hos nec miseri-
cordes sunt pauperibus. Avari-
cia quippe mater est luxurie.
Merito autem luxuria in hoc
loco descripta sunt quibus ava-
ricia nutritur. Et per deliciarum
copiam voluntatum racionum
omnia que in hoc loco ad avari-
ciam sunt ad luxuriam Babilonis
demonstranda enumerata sunt.
Ad quinque sensus corporis pertinent.
Quinque sunt corporis sensus
videlicet visus, auditus, gustus,
odoratus et tactus, quos deus
et hominibus et animalibus dedit.
Animalibus ad vitam suam tantum-
modo tuendam, hominibus autem et ad
vitam tuendam et ut per eos ra-
cio que illis coniuncta est premia
virtutis possit deducere. Sapi-
ens itaque qui per hos quinque corporis
sensus secundum racionem virtu-
tutis mercede studuerunt eter-
nam dei optatam sibi acqui-
sierunt. Insipientes vero qui racione
bonum in malum convertunt per hos
quinque corporis sensus luxurie
et avaricie vicijs serviunt occupati
cura mundi plus iuste iudicis in-

v. ff9 corporis

cuncverunt. Igitur si ea que ipsis
quibus scripta sunt adest vocem
citharedorum et musicorum et tibia
canencium et tuba cum hiis in
gere noluerimus contempnemus
omnes divicias babilonis que
hic descripte sunt ad quinque
sensus corporis pertinentes ut supra
visus dixi. Aurum namque et argen
tum et lapides preciosi et mar
tactus garite ad visum, bissus et pur
pura et coccus et serica ad tac
gustus tum, cynamomum et odoramen
ta et unguenta et thus ad o
doratum, vinum et oleum simila
auditus triticum et cetera ad gustum, vox
cytharedorum et musicorum et ti
bia canencium ad auditum
pertinent. Negociatores ergo babi
lonis sicut hic demonstrat
scriptura maxime in delicijs con
sistit eo quod delicie nutrimenta
sunt viciorum et ex quibus ava
ricia que nos regina mundi di
citur luxuria filia sua nasci
aliter. Qui divites facti sunt
ab ea a longe stabunt propter
timorem tormentorum eius flentes
et lugentes et dicentes Ve
ve civitas illa magna que
amicta erat bysso et purpu
ra et cocco et aurata auro
et lapide precioso et marga
ritis quia destituti sunt una hora
tante delicie. Et divites

babilonis longe stare dicun
tur super superiorem sensum quo de
ceptibilibus divicijs et intelligen
dum. Et omnis gubernator
et omnes qui in locum navi
gant et naute qui in mari
operantur longe steterunt et
clamaverunt videntes locum
incendij eius dicentes Que
similis huic civitati magne
Et miserunt pulverem super ca
pita sua flentes et lugen
tes et dicentes Ve ve civi
tas magna in qua divites facti
sunt omnes qui habent
naves in mari de preciis eius
quia una hora desolata est.
Possumus per mare hoc seculum
per gubernatores vero principes
iniquos intelligere. Per eos autem
qui de loco ad locum navi
gant et preantes qui in
mari operantur eos qui diver
sa officia ad depredaciones
pauperum et ad peccata sua cot
tidie augenda in mundo ex
ercent. Isti ergo flebunt et
lugebunt videntes locum in
cendij babilonis quia sua
~~incendia proferendo~~ ipsi mag
nificaverunt babilonem et ipsi luge
bunt et flebunt. Videbunt
autem incendia babilonis que
sua incendia proferendo vide
bunt quando ante in selo posita que
spiritu neglexerunt ut se corrigerent

Sicut etiam cinerem super capita sua misisse dicuntur. Na pe per capud mens. principes spiritualia designatur. Cinerem itaque super capita sua ponent quia memoriam peccatorum ante oculos eorum numquam vadet. Exulta super eam celum et sancti apostoli et prophete quia iudicavit deus iudicium vestrum de illa. Possumus per celum et apostolos novi testamenti prelatos et per prophetas patres veteris testamenti intelligere. Exultabunt igitur cum destructa fuerit omnis catherva impiorum cum ipsis demonibus auctoribus iniquitatum. Exultabunt etiam eo quod tunc finem acceptum sit omnis malicia et adducetur iustitia sempiterna. Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum et misit in mare dicens Hoc impetu mittetur babilon magna et ultra iam non invenietur. Iste angelus christum significat cui fortis esse dicitur quia fortitudinem christi quanta sit humana mens comprehendere non potest. Per lapidem vero molarem magnum omnis multitudo impiorum designatur. Mare autem infernum designat in quo omnes impii demergentur. Angelus igitur lapidem molarem in mare misit quia dominus noster ihesus christus in die iudicii omnem impiorum multitudinem suo iusto iudicio in infernum demerget. Et vox cytharedorum et musicorum et tybia canencium et tuba non audietur in te amplius. Hoc superius commemoratum est. Et omnis artifex omnis artis non invenietur in ea amplius et vox mole non audietur in te amplius et lux lucerne non lucebit in te amplius. Et vox sponsi et sponse non audietur adhuc in te. Manifestum nobis est cur artes et vocem mole et lumen lucerne non lucebit tibi amplius et vocem sponsi et sponse inter solita babilonis computet cum ista omnia sine culpa operari possint et sine ista bonitas humana subsistere non possit. Spiritualiter itaque omnia intelligenda sunt. Possumus ergo per artes sapientiam huius seculi que stulticia est apud deum intelligere qua artifices maligni et filii babilonis ad hoc discunt ut in malicia babilonis possint perficere. Sapientes enim sunt bene autem facere nescierunt. Mola autem quidquid sub se accepit conterit et comminuit. Possumus igitur per molam iudices impios accipere. Vocem ergo mola emittit cum iudices impii iudicia iniusta ad condempnandos innocentes proferunt. Per lumen vero lucerne huius seculi gloria designatur. De hac lucerna dicit scriptura lucerna impiorum extinguetur. Lumen ergo impiorum extinguitur cum ablata vita ...

artes

mola

lumen

tuleti gaudium temporale amittunt
et eternam leticiam non inveniunt. Possumus
per sponsum michi bonum amatores
huius seculi, per sponsam terram intel-
ligere, quia sicut amor sponsum
et sponsam ligat ut una caro
efficiatur, ita et amor seculi a-
matores suos sic terre coniungit
ut unum cum ea efficiantur, a qua
si fieri posset in perpetuum segre-
gari nollent. Tales ergo arti-
fices in Babilone non audientur
amplius, quia cum ea in perpetuum
dampnabuntur. Quia mercato-
res tui erant principes terre.
Habet ecclesia mercatores suos,
habet et Babilon. Mercatores
ecclesie thezauros suos in celo
recondunt, ubi fures non effo-
diunt nec furantur. Mercato-
res vero Babilonis thezauros
suos in terra recondunt, ubi
fures effodiunt et furantur. Et in
veneficiis tuis tuis errave-
runt omnes gentes. Veneficia Ba-
bilonis sunt diversi errores
per quos genus humanum deceptum
est. Et in ea sanguis prophe-
tarum et sanctorum inventus est
et omnium qui interfecti sunt
in terra. Sanguis sanctorum in ea
inventus est, id est causa inter-
fectionis sanctorum, sicut dominus
dicit impiis iudeis sub intel-
lectu omnium reproborum: Veniet
inquit super vos omnis sanguis

iustus qui effusus est super terram.
Et audivi quasi vocem mag-
nam tubarum multarum in celo dicen-
tium alleluia. Laus et gloria et virtus
deo nostro est, quia vera et iusta
iudicia eius sunt, qui iudicavit
de meretrice magna que corrupit
terram in prostitucione sua et vin-
dicavit sanguinem sanctorum suorum
de manu eius. Et iterum dixe-
runt alleluia. Et fumus eius ascendit
in secula seculorum. Et ceciderunt
quatuor seniores et quatuor
animalia ceciderunt in facies su-
as et adoraverunt deum dicen-
tes amen alleluia. Et vox
magna exivit de throno
dicens: Laudem dicite deo nostro
omnes sancti eius et qui timetis
eum pusilli et magni. Et au-
divi quasi vocem tube magne
et quasi vocem aquarum multarum
et quasi vocem tonitruorum magno-
rum dicentium alleluia, quoniam regna-
vit dominus deus noster omnipotens. Gau-
deamus et exultemus et demus
gloriam ei, quia venerunt nup-
tie agni et uxor eius prepa-
ravit se, et datum est ei ut
cooperiat se bissino splendente
et candido. Bissinum enim iu-
stificationes sunt sanctorum. Tanta
sententia posui ut indigeri
cuspita eius subtilitas faci-
lius indagari possit. Aperte
magis vocibus coniunctis alleluia

decantata est legitur primo et secundo
a voce tubarum multarum. Tercio a vi-
ginti iiij senioribus et quatuor ani-
malibus. Quarto a voce que de thro-
no exijt. Nono iam alleluia fit eius
(q^a calta)
in septacio decantata est. Id est
laudem dicite deo nostro omnes servi
eius. Alleluia quippe lauda-
te dominum sonat. Quinto vero
a turbis vocibus simul decanta-
ta est, id est a voce tube magne
et a voce aquarum multarum et a
voce tonitruorum magnorum. Sep-
tima libri huius serie demonstrat
omnem electorum multitudinem, que in
partes est diuidenda si eius intel-
ligentia subtilius perscrutetur.
Iusti itaque qui ante diluuium
fuerunt ad primam partem, illi qui
post diluuium usque quo lex da-
ta est ad secundam pertinent sicut
iam supra demonstrauimus. Nulla
quippe alia lege habuerunt nisi natura-
lem. Post dilectionem dei et proximi
precipit enim vnusquisque illum se di-
ligere timere et super omnia diligere
a quo creatus est et a quo ei vi-
ta et vite subsidia demonstratur
ministrari et illi se debere facere
quod non vult ab alio pati. Hac
nullus legem qui sane mentis
est ignorare permittit. Per tubas
vero multas electi qui ante
diluuium fuerunt et qui post di-
luuium usque ad illud tempus quo
lex data est designantur. Voce
cecinerunt quia per predicationis ver-
bum suos quos tunc potuerunt
a suis erroribus reuocauerunt.
Alleluia cantauerunt quia secundum natu-
ralis legis noticiam per bona o-
pera deo placere studuerunt.
Secundo alleluia dixerunt quia hij
qui post diluuium fuerunt secun-
dum eandem legem viuentes tan-
tum suis viuentibus adheserunt.
Hij quantum nobis cum perui-
ciacione secunda alleluia fumus ba-
bilonis in secula seculorum ascen-
disse dicatur. Potest per fumum
fama designari. Cham quippe
in secunda parte Noe et filij eius
primi posuerunt quorum temporibus
aquis diluuij genus humanum
deletum est. Postea vero Sodo-
ma et Gomorra et cetere ciui-
tates que eis adherebant igne
celesti sunt consumpte. Fumus igitur
babilonis in secula seculorum ascendit
quia hec fama ab ore fidelium
numquam recedit. Ut vero per xxiiij
quatuor seniores patres qui
sub lege fuerunt designantur in
animalibus quinque quatuor ani-
malia per que quatuor noui
testamentum signatur quia in
veteri testamento spiritualiter intelli-
gatur nouum continetur. Allelu-
ia decantauerunt quia mandata
legalia obseruantes per bona
opera deo placere studuerunt. Per
thronum autem apostoli designa-
tur eo quod sedes dei fuerunt
et per eos sua iudicia dispo-

fuerit. Alterius vox exprimit
quia apostolorum praedicatio sta-
re cessit. Laude deo decanta-
verunt quia ei tota virtute
servire studuerunt. Turba vero
magna corpus significat.
Vox tubae praedicatio est evan-
gelii. Et vox autem aquarum
multarum multitudinis gentium que
sub confitentium designat. Et
vox vero tonitruorum magnorum
electos qui usque in fine mundi nascituri
sunt designant qui per vo-
ces horum dicit iudicium inno-
tabunt. Tres ad voces sed
alleluia decantaverunt quia
fide sanctae trinitatis doctrina
evangelii quam magna turba
scilicet apostolorum processit primam
sunt et servabunt usque in fine.
Duae autem partes id est prima et
secunda ad legem quae naturae et
dominus pertinet. Duae quidem se-
cunt id est tertia et quinta ad
legem quae per moysen data est.
Tres vero quae restat id est quinta
septima et septima ad legem evan-
gelii sunt indicat eas in fide
sanctae trinitatis usque ad finem
mundi permanere debere. Quid
autem iste tres partes decan-
tet audiamus. Alleluia quoniam
regnavit dominus deus noster om-
nipotens. Scilicet laudem dominum eo
quod destructo regno dyaboli

proditoris unde ipse regnare in
nobis dignetur qui est dominus
et salvator. unde Gaudeamus
et exultemus et demus gloriam
ei quia venerunt nuptiae agni
et uxor eius praeparavit se. Scilicet
gaudeamus in deo et exultemus
eo quod omnium conditor fuit ec-
clesiam sponsam quam sumus nos ita
sibi coniungere sit dignatus atque
ut sponsa coniungitur suo sponso
quatinus simus cum ipso una
caro sicut dicit scriptura
Erunt duo in carne una
quod apostolus de christo intelligendum
esse docuit. Et uxor eius praepa-
ravit se scilicet ecclesia quae uxor
agni dicitur variis virtutibus
pimetyam ornavit. Et da-
tum est ei ut operiat se bissino
splendido candido et candido.
Quid byssus significat ipse
exponit. Byssinum enim iusti-
ficationes sanctorum sunt. Et dixit
mihi scribe beati qui ad cenam
nuptiarum agni vocati sunt.
Prandium electorum nunc est
quia de cena dapibus evan-
gelicis pascuntur. Cena vero
eorum tunc erit quia post resurrec-
tionem in caelesti beatitudine et
vera gloria perfruentur. Et quia
prandium quod nunc agitur
et bonos et malos recipit
non omnes beati sunt qui in eo
inveniuntur recumbentes. Illi autem
soli beati sunt qui in illa cena

quod post finem mundi futura est
recipient. Et dixit michi. Hec
verba dei vera sunt. Et cecidi
ante pedes eius ut adorarem
eum. Et dixit michi. Vide ne
feceris. Conservus tuus sum
et fratrum tuorum habentium testi-
monium Ihesu. Deum adora.
Redemptos sanguine Christi hoc fi-
delibus contulit ut filii dei
fierent quia angelorum efficiantur
Ideoque prohibuit angelus
adorari ab homine qui super
se adorabat hominem deum
incarnatum conservum se Iohannis
ceterorumque fidelium vocavit. Tes-
timonium enim Ihesu est spiritus
prophetie. Patres enim testa-
menti quia adventum Christi pas-
sionem et resurrectionem eius pre-
dicaverunt, spiritum prophetie ha-
buisse certissimum est. Unde
et prophete vocantur. Omnes
ergo Christo testimonium perhiben-
tes spiritum prophetie habent. Et vidi
celum apertum et ecce equus albus
et qui sedebat super eum voca-
batur fidelis et verax. Nullo
modo estimare debemus quod hoc
capitulum ad adventum Christi
pertineat in quo ad iudicium
venturus est sed potius ad e-
lectos qui in fine mundi nasci-
turi sunt. Fine enim mun-
di instante veniet dominus
cum sanctis suis ut pugnet

pro ipsis contra antichristum et mi-
nistros eius et qualis aspec-
tus illis videbitur predicabi-
tur et forma illius in hoc
loco describitur. Equus por-
tacio dei signatur per equum al-
bum hoc quod filius dei assum-
psit super quem sedisse visus est. E-
ciam fidelis et verax vocari
dicitur. Hec duo nomina id est
fidelis et verax unum sensum
habent. In hoc loco vero filius
dei fidelis et verax vocatur
de quo dicit psalmista: Fidelis
dominus in omnibus verbis
suis et sanctus in omnibus operibus
suis. Veritatem se vero ipse in
evangelio vocat dicens: E-
go sum via veritas et vita.
Et iusticia iudicat et pug-
nat. Hoc enim dei in die
iudicii contra impios domi-
naturus est sed qui eius iustici-
am oppugnabunt et contem-
pnunt cum potestate imperium
atque scelera in conspectu coram
adducat deus ut fiant per
iustissimo dei iudicio con-
dampnatos. Oculi eius sicut
flamma ignis et in capite
eius dyademata multa. Per
oculos dei spiritus sanctus
designatur sicut in tercia vi-
sione auctor libri apparet.
Habebat inquit agnus ocu-
los septem qui sunt septem

spiritus dei missi in omnem terram
Et quia flamma urit et illu-
minat ideo nominantur spiritus sancti
flammeus et dicitur eo quod corda
fidelium et illuminet et incendat
in amore dei. Et in capite eius
dyademata multa. Per dyade-
mata multa intelligendo sco-
rum apparuerunt. Habens nomen
scriptum quod nemo novit ni-
si ipse. Nam superius dicit quod
vocabatur fidelis et verax
et paulo post quia vocabatur
nomen eius verbum dei, quid
est quod dicitur quod nomen eius
nemo sciat nisi ipse. Sed unum
quidem scit dei nomen christi
quod est filius dei et nescitur
ex patre quando fuit et appa-
ruit. In omnibus enim crea-
turis que gignunt et gignuntur
nullus filius coevus est et
patri quia necesse est ut ante
dicunt qui generet et subse-
quatur qui generatur. Sed non sic
est nativitas filii dei. Ita quod ad-
modum pater est sine initio
sic et filius. Et quamvis sci-
quo fieri possit considerare non
possumus in veritate tamen credi-
et confitemur filium patri omnino
equalem et coeternum et per
De hac eius generatione propheta
loquitur dicens Generationem eius
quis enarrabit. Et vesti-
tus erat veste aspersa sanguine
et vocabatur nomen verbum dei

nomen eius. Possumus per vestem
corpus christi per sanguinem vero
sive passionem vero per quod immor-
tuus est sine causa mortem
quam pertulit pro nobis intelli-
gimus. Et quia post eorum
suorum mandato delet et post
mortem resurgendo calcavit
sicut dicit apostolus Christus re-
surgens a mortuis iam non
moritur mors illi ultra non
dominabitur. Vel unde unde
ut per vestem christi sanctitatem
dominorum in ecclesia que sunt
membra christi. Per guttas autem
sanguinis quibus vestis aspersa
legitur martires designantur
qui pro amore christi sanguinem
fundere non dubitaverunt
quos quasi vestem christi angelis
et sanctis omnibus constat
in illa celesti beatitudine sple-
ndore ornatam. Et exerci-
tus qui sunt in celo sequebantur
eum in equis albis vestiti
byssino albo mundo. Deinde
sequitur quia qualis christus apparebit
in fine mundi per diabolum
talis et signa eius in hoc loco
describitur. Per celum vero in hoc loco
ecclesia. Per exercitus qui in celo
per apostolos christi sequebantur
sunt sancti qui in fine mundi
nascituri et contra antichristum
pugnaturi sunt intelliguntur.
Per equos autem corpora sanctorum
personis equorum ac designatur.

Albos vocat equos ipsi sancti ha-
buisse quia sunt mundos et niti-
dos inquantum humana fragi-
litas permittit exhibebunt in con-
spectu dei. Quid sit vero byssi-
num superius exponit. Byssi-
num inquit iustificationes sunt
sanctorum. Et habebat in ve-
stimento et in femore suo scriptum
Rex regum et dominus dominancium.
Per vestimentum sicut supra diximus
corpus sanctum. Per femur autem
ex quo humana origo propaga-
tur hoc quod Christus assumpsit
designatur. In vestimento itaque
suo quod ipse sit rex regum scrip-
tum habet, quia in operibus suorum
agnoscitur hunc esse verum deum
qui tales suos possidebat. Habet
in femore suo scriptum quod ipse sit
rex regum et dominus dominancium
quia in operibus que in carne positus
gessit cognitum est eum esse
verum filium dei. Possumus
etiam patres veteris testamenti
per femur corpus sive corpus
signatum dominationis intelligere
qui etiam ipsum prefiguraverunt
ipsum futurum esse rex regum
et dominus dominancium apertis no-
tibus predixerunt. Et de ore e-
ius gladius acutus exibat.
Possumus per os dei omnes pre-
dicatores de quibus diximus
qui a fine mundi venturi
sunt intelligere atque per quos

os loquitur deus sicut ipse dicit
in ewangelio Non enim vos estis
qui loquimini, sed spiritus patris
vestri qui loquitur in vobis.
Et ipse dicit ad ysaiam: Si se-
paraveris preciosum a vili quasi
os meum eris. Per gladium
vero divina scriptura sicut
superius diximus intelligere debemus
sicut dicit apostolus Et gladium
spiritus quod est verbum dei qui a-
cutus esse dicitur, quia ad re-
secanda vicia divina scrip-
tura acutissima est. Ut in ipso
percuciat gentes. Percuciet de
gladio suo gentes, quia per
doctrinam sanctorum suorum ho-
minum stultorum errores de-
struet. Et ipse reget eas
in virga ferrea et tamquam
vas figuli confringentur. Per
virgam ferream ewangelium di-
ximus fuisse designatum. Re-
get ergo Christus gentes in virga
ferrea quando per doctrinam sanctorum
et iudeos ad fidem convertet et
electos ab erroribus antichristi de-
fendet. Et tamquam vas figu-
li confringentur. Quamdiu pecca-
tor quilibet in peccatis iacet
recte vas fictile vocatur. Cum
autem per penitenciam et lacrimas
ad bona agenda conversus fue-
rit, confringit vas fictile et
ex vase fictili efficitur vas
solidum atque firmum et ad
ictus temptacionum demonum fortis

sinum Et ipse calcat torcular
vini furoris ire dei omnipote
tis. Quas tu de passione
dni loquetur exponunt dum
dicunt Torcular calcavi
solus et de gentibus non est vir
mecum. Sz ibi p torcular cor(pus)
dni intelligitur. Hic vero non
tunc sz locus penarum in quo
impii retrudendi sunt designatur
Eandem quippe significationem
hz torcular in hoc loco quam
et lacum superius diximus habu
isse in quo botri vinee terre
p quos impii designantur
demersi fuisse leguntur. Sed
ipsa calcacio torcularis eadem
significacionem habet quam et
illic calcationem lacus diximus
habuisse. Significat namque
ultimam demersionem impio
rum in infernum. Quod vero sit
vinum furoris ire dei omnipote
tis superius diximus. Et vidi
alium angelum stantem in sole
et clamavit voce magna
dicens omnibus avibus que vola
bant per medium celi. Iste a
ngelus predicatores qui in fine
mundi futuri sunt significat
qui etiam et per testes paulo su
perius designati sunt. Per solem
vero Christum debemus intelligere
Angelus igitur in sole stetit
quia predicatores Christo ita soli-

dabunt ut ab eius fide nul
la in persecucione avelli pos
sint. Per aves autem fideles
omnes qui eo tempore futuri sunt
designantur. Per celum volabunt
qui interius positi inter per
secutores habitabunt. Possumus
intelligere per celum celestem
conversacionem. Per celum facti volant
quia duas alas habentes id est
duo precepta caritatis tamquam
per volant quibusdam minas
impendendo quosdam ab in
fidelitate revocando. Venite co
ngregamini ad cenam magnam
omnipotentis dei ut manducetis
carnes regum et carnes tribu
norum et carnes fortium et
carnes equorum et sedentium
in ipsis et carnes liberorum
et servorum et pusillorum et mag
norum. Quid designat reges
et predictos liberos et servos
ceterosque ipsi et per equos
eorum qui ascensores principes
terre scilicet apostoli qui eis
subierunt. Cena vero dei quid
aliud est nisi consummacio im
piorum. Carnes autem impiorum
iusti manducabunt cum vin
dictam de malis que eis intu
lerunt conspicient. Et quia iusti
videntes penam impiorum
de bonis proficiunt operibus
dicit psalmista Letabitur
iustus cum viderit vindictam
manus suas lavabit in sanguine

aves

cena

peccatores. Et vidi bestiam et reges terre et exercitus eorum congregatos ad faciendum prelium cum illo qui sedebat in equo et cum exercitu eius. Hic demonstratur non ad adventum Christi secundum ea que superius dicta sunt pertinere sed pocius ad illud tempus in quo persecutores contra antichristum preliatur est sicut iam diximus. Congregabuntur namque bestia et reges terre et exercitus eorum ut pugnent contra Christum precipue et sanctos eius quos antichristus et innumerabilis multitudo gentium que ab eo decipietur ad persequendum dei certatim compunget ut nomen Christi de mundo funditus extinguat. Et apprehensa est bestia et pseudo propheta qui fecit signa coram ipso quibus seduxit eos qui acceperunt caracterem bestie et qui adoraverunt ymaginem eius. Vivi missi sunt hii duo in stagnum ignis ardentis sulphure et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedebat de ore ipsius et omnes aves saturate sunt de carnibus eorum. Apprehendetur bestia et pseudo propheta eius quando illud implebitur quod dicit apostolus: Quem dominus Ihesus interficiet spiritu oris sui et destruet illustracione adventus sui. Et in antichristus spiritu oris domini interficiendus est. Quia ipse et pseudo propheta eius in stagnum ignis vivi mittendi sunt. Et vita iustorum et est impiorum. De vita impiorum dicit propheta quia iustus in iusticia sua vivet. De vita vero mala dicit Paulus quia vivens mortua est. Vita namque impiorum iustino in comparacione mortis vocant. Similiter et impii vitam iustorum mortem ~~vocant~~ existimant sicut de iudeis dictum sunt. Hii sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii; nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam et finem illorum sine honore. Antichristus ergo et pseudo propheta eius vivi missi sunt in stagnum ignis id est in malicia sua viventes, videlicet usque ad finem vite perseverantes. Quod autem dicit quod ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum interfectionem istam pro confessione posuit. Ita sancti quorum doctrina pro gladio oris domini intelliguntur. Qui post mortem antichristi insultabunt infidelibus eo quod hominem inpyssimum atque omnibus hominibus detestandum antichristum in morte deumque confessi fuerunt quod constabit pessima morte peremptum. Ut illi confundentur et erubescent de impugnatoribus suis. Omnes vero aves saturate sunt de carnibus eorum quia subversio antichristi omnes electi de eius mirabili gaudebunt et exultabunt

interfectio

eo quod a tam pessimo hoste mundum
divina eos liberabit omnesque
qui perseverant volunt fruitionem
evanuerit. Et vidi alium
angelum descendentem de celo
habentem clavem abissi et ca-
thenam magnam in manu sua.
Dampnacionem dyaboli narrare
volens ad adventum et vitam
Tres namque sunt dampnationes
1 dyaboli. Dampnatus est primo quia
de celesti beatitudine propter ini-
2 quitatem suam est deiectus. Secunda
dampnatio eius fuit de qua auc-
tor huius libri loqui hic in-
cipit quia per mortem Christi quantum
de potestate eius est cap-
tivus et ipse sicut prius scriptura
demonstravit in abisso religa-
3 tus. Tertia dampnatio eius erit
quia in infernum cum omnibus im-
piis in eternum cruciandus detru-
detur. Angelus hic Christum signi-
ficat. Descensus eius de celo est
incarnatio eius. Clavem abissi
id est inferni ipse possidet quia
ab ingressu eius quos vult
extrahit et quos vult in eius
dampnationem tradere ipse permit-
tit. Per cathenam vero magnam
eius potestas designatur. Et appre-
hendit draconem serpentem antiquum
qui vocatur dyabolus et sathan-
nas et religavit eum per annos mil-
le. Apprehendit Christus serpentem anti-
quum id est dyabolum quia per incar-
nationem suam eius destruxit imperium.
Per annos autem mille omne
tempus ab adventu Christi usque ad
finem mundi debemus accipere.
Religat quoque Christus dyabolum
non vinculis corporeis sed vin-
culis potestatis sue immense quia
eum a cordibus electorum suorum
expellens ab eorum dampnatione
divina sua virtute compulsum
tenet. Et misit eum in abissum
et clausit et signavit super eum
ut non seducat amplius gentes
donec consummentur mille anni.
Post hec oportet eum solvi mo-
dico tempore. Alligationem dyabo- ligacio dyaboli tx
li tribus modis possumus intelli-
1 gere. Possumus namque simpli-
citer intelligere ut virtute dei omni-
potentis in abisso religatus
teneatur usque ad tempus consum-
2 mationis. Possumus tercio per abissum
corda impiorum intelligere ut
a cordibus electorum expulsus
in angustias cordium reprobo-
rum compressus et alligatus te-
3 neatur. Possumus et hoc tantum-
modo intelligere dyabolum in electis
desiderat aliud quam dampna-
tionem hominum. Et dum per custodiam
dei operantur qui electos su-
os custodit et defendit non
desistit ab eorum depravatione
cruciatur quasi quibusdam vin-
culis eius impressa volun-
tas religata tenetur. Per gen-
tes vero quas seducere non permit-
titur solos electos debemus
intelligere. Tempus modicum
quo post mille annos solu-
tus esse dicitur tempus est an-
tichristi. Erit enim potestas homi-
nibus faciendis data potestas dya-

tota ultime genera gentium ... dimicandi. Et vidi sedes et sederunt super eas, et iudicium datum est illis. Quia superius narravit quo ordine misericordia divina cottidie electos suos ab immanissimo hoste dyabolo liberat, consequens est ut gloriam ad quam anime eorum cottidie perducuntur describat. Per sedes ergo celestis patria, per sedentes vero super eas sanctorum anime designantur. Quod autem datum sit iudicium sanctis quorum anime in celesti beatitudine requiescunt, in hoc advertere possumus cum ad eorum sepulcra demonia ab obsessis corporibus expelli, plurima scelera detegi atque miracula multa fieri videmus. Et animas interfectorum propter verbum dei et testimonium Ihesu et qui non adoraverunt bestiam et ymaginem eius nec acceperunt caracterem eius in frontibus aut in manibus suis, vixerunt et regnaverunt cum Christo mille annis. Per animas interfectorum propter verbum dei et testimonium Ihesu martires qui diversis temporibus interfecti sunt possumus accipere; per eos vero qui non adoraverunt bestiam et ymaginem eius, eos qui absque martirio mortificandi sunt puto esse intelligendos. Isti ergo vixerunt et regnaverunt cum Christo mille annis, quia quamvis corpore sint interfecti, secundum animam tamen vivunt cum Christo in celesti beatitudine. Sed querendum nobis est quomodo electi qui instante fine mundi nascituri sunt cum Christo mille annis regnare dicantur, cum tempus mille annorum non ad futurum tempus quod sine fine est, sed ad presens pertineat quod in fine mundi consummabitur et quo fides ecclesiastica per universum orbem florens electos cottidie ad vitam eternam perpetuam dirigit. Quod ita solvendum puto: Tempus ab ascensione domini usque ad finem mundi quod per mille annos designatur omnibus electis deputatum est, ut in eo sive corporibus gloria celesti cum domino perfruantur. Et sciendum quoniam omnes electi membra Christi sunt et ex multis membris unum corpus efficitur, et si glorificatur unum membrum congaudent omnia membra. Gaudium itaque precedencium sanctorum illorum inchoatum est qui in fine mundi nascituri sunt, quia unum corpus efficiuntur cum eis, et ipsi in aliis possidebunt quod propriis deerit. Ceteri vero non vixerunt donec consummentur mille anni. Ceteri vero id est reprobi non vixerunt quia post mortem non ad vitam ducuntur que a celestibus sanctorum animabus datur, sed in infernum de-

Resurrectio duplex, mors duplex

invenitur quod de hoc libro prima
vocatur mors. Hec est resurrec-
tio prima. Beatus qui habet
partem in resurrectione prima. In
hys secunda mors non habet
potestatem. Querendum nobis est
quid sit resurrectio prima. Nam pri-
ma resurrectione non diceretur nisi
esset secunda. Nec secunda mor-
tem nisi esset prima. Resur-
gimus itaque primo a morte per
baptismum, unde. Sed quod dicit
beatos esse eos qui habent
partem in resurrectione prima non
ad de baptismo videtur. Hoc
dictum est eo quod non omnes beati
sunt qui per baptismum a mor-
te anime resurgere videntur. Eo quod
non nulli post baptismum ipsi
sibi peccando mortem attra-
hant mentiendo quod deo promi-
serunt atque in suis malis perse-
verando. Sunt etiam non nul-
li qui postquam perpetratione
scelerum sibi mortem intule-
runt, ad vitam postea per pe-
nitentiam et lacrimas revertuntur quia
bona reddunt opera. De quibus
loquitur Apostolus dicens: Sur-
ge qui dormis et exsurge
a mortuis et illuminabit te Christus.
Hi autem ipsa resurrectione prima
dici possunt, eo quod primo per
baptismum, secundo per penitentiam et
lacrimas a morte anime ad vitam re-
vocentur. Notandum est quod ut de vesti-

genimus qua vocatur resurrec-
tionem primam. Quatuor sunt tem-
pora fidelium. Prima mala. Se- 2
cunda bona et mala. Tercia in qua 3
nullum malum adherere potest
et quarta. Prima est ante baptis- 1
mum, quia tota mala est. Secunda 2
post baptismum, quia et bona et
mala dici potest. Nullus enim fide-
lium tempus vite sine aliquo
peccato transire potest. Unde ipse
Iohannes loquitur dicens: Si dixeri-
mus quia peccatum non habemus, nos
ipsos seducimus et veritas in no-
bis non est. Tercia est que bona 3
est et ad quam sanctorum omnium electo-
rum pertinet, que a passione Christi
usque ad finem mundi extenditur,
in qua sancti sine corporibus cum
Domino vita eterna perfruuntur.
Quam et primam resurrectionem
vocat cum dicit: Hec est resurrec-
tio prima. Tempus itaque a pas-
sione Christi usque ad finem mun-
di resurrectio prima vocatur.
Quarta vita sanctorum erit post
resurrectionem corporum que nullo
fine terminabitur. Igitur prima
vita sanctorum in comparatione vite ce-
lestis mors vera dici potest, sed
prima resurrectione, cum resur-
git, cum ab hac vita misera
subtracti in celesti beatitudine
cum Domino collocantur. Et sicut
est hec prima resurrectio sanctorum,
ita est et prima mors impiorum
qui presentem vitam deserunt et

operibus deiungunt. Secunda
nos mors ultima dampnacio
est. sicut in sequentibus apponit
Beati ergo erunt qui habent
partem in prima resurrectione et
in quos secunda mors non habet
potestatem. Quia illi tantummodo
beati sunt et erunt qui usque
fine mundi in consorcio sanctorum
apostoli vixerunt. Multos enim
restante fine mundi ignis
purgatorius purgando cruciabit.
Et ante iudicium absolu-
ti in sanctorum collectione re-
cipient. Itaque in quos secunda
mors id est dampnacio ultima
non habebit potestatem quia
iam non cum hedis a sinistris
sed cum omnibus in dextris ponen-
tur. Sed erunt sacerdotes domini
et Christi et regnabunt cum ipso
mille annis. Nomine sacer-
dotum omnes electos compre-
hendit. Omnes namque electi
sacerdotes vocantur. sicut qui sunt
membra summi sacerdotis sunt
qui ipsi semetipsos offerre deo
per bona opera non desistant.
Et cum consummati fuerint mil-
le anni solvetur sathanas de
carcere suo et exibit et sedu-
cet gentes que sunt super quatuor
angulos terre gog et magog.
Quod hic carcer superius a-
byssus vocatur. Sed interro-
gacio oritur. Cuius appe
quorundam opinionem sequens

dixi per abyssum corda impiorum
posse significari in quibus dyabo-
lus a cordibus fidelium expulsus
religatus teneatur. Si ergo
per abyssum corda impiorum desig-
nantur quo de abysso id est de
cordibus impiorum exire dicitur
quos nunquam dereliquit. Sed
quod ipsos delectando et
inmansurus clausus. Nullo modo
alligacionem dyaboli secundum
litteram intelligendam puto ut
in aliquo abyssi loco virtute di-
vina religatus teneatur
vel certe in inferno usque ad di-
em absolucionis sue. Sedu-
cet autem gentes que sunt super
quatuor angulos terre quas videlicet
gentes que iuxta quatu-
or plagas mundi consistunt
antichristi impressa doctrina
plus probabit. Nullas enim alias
gentes seducet nisi que spiritualiter
gog et magog vocantur.
Gog namque interpretatur tectum
Magog de tecto. Per gog igitur
quod interpretatur tectum hii de-
signantur qui maliciam
cogitacionis cordis iusti abscondere
videbuntur in futuro sicut in-
tra reprobi. Magog vero quod in-
terpretatur de tecto eos designat
qui de tecto cordis sui in ap-
tas iniquitates per impietatem
bus se antichristo demonstrabit
Illos itaque dyabolus pravi-
tatis facile decipiet. Et con-
gregabit eos in prelium quorum

gog
magog

merus est sicut arena maris.
In plures eos congregabit quia
ad civitatem dei expugnandam eos
animabit. Et ascenderunt super
latitudinem terre et circuie-
runt castra sanctorum et civi-
tatem dilectam. Exponit super-
ius discipulos antichristi lau-
datores sectatores et omnia
que ad delectationes carnales per-
tinent docet. Super latitudinem
ergo terre ascenderunt quia
vastas regiones [illegible]
[illegible] que ducunt ad mor-
tem. Castra vero sanctorum et civitas
dilecta una significatione sunt.
Significat enim ecclesiam. Cas-
tra quoque sanctorum circuibunt quia
ecclesiam dei tota virtute expug-
nant ut nos a christo dimisso se-
ducti [illegible]. Et descendit
ignis de celo a deo et devora-
vit eos. Ignis de celo venit
quia veniet christus ad iudicandum.
Ignis autem ipsum precedet qui
non solum omnes impios
[illegible] et ipsum mundum
consumet sicut in [illegible]
[illegible] David loquitur
dicens: Ignis ante ipsum precedet
et inflammabit in circuitu i-
nimicos eius. Ubi namque
quamvis [illegible] consumuntur
in circuitu sunt, quia sicut hos-
tes civitatem aliquam impugnant
ut capiant eam ita et ecclesia a re-
probis impugnatur. Beda et in
psalmis quadragesimo nono

idem David loquitur dicens: Ig-
nis in conspectu eius exardescet
et in circuitu eius tempestas vali-
da. Secunda [illegible] ita ex-
ponunt quod post successionem
elementorum plurima [illegible]
que combustionis [illegible] ablu-
at. Sed [illegible] abscon-
dissima videtur [illegible]
cum pluvia [illegible] atque at-
ra sive nebula sive per
[illegible] solis [illegible]. Et
sicut aqua quoque levia ascen-
dit ad superiora elevatur. Ita et
aer aqua aut de nebula [illegible]
[illegible] aut ardor solis [illegible]
tenuissimum fumum et [illegible]
invisibilem redacta usque ad
ea loca ubi [illegible] eius
elevatur. Ibi quoque conglobata primo
condensatur in nebula quam nu-
bes vocamus [illegible]. Deinde
de vento agitante minu-
tissime gutte [illegible]
atque sua [illegible] graves
effecte ad terras decidunt.
Pluvia quoque faciunt. Ecce terra
ecce mare ecce aer certa quoque
elementa igne consumentur. [illegible]
[illegible] pluvia [illegible]
[illegible] creatura
liberabitur a servitute corrup-
tionis in libertatem glorie filio-
rum dei. [illegible]
[illegible]
[illegible] creatura sua sine
adiutorio pluvie [illegible]
[illegible] mundus [illegible] statu

atque multo pulchrior reparetur
post ignem. Sunt quidam qui sunt
aliud ammodo nisi terra munda
Nam quascumque sordes ignis
assumpserit. in aures mundos
... Aliquid non potest de
mundos aures in meliorem statum
... altera terra reparare: ut
necessaria non sit ablucionis pluri-
mum. Dicamus aliter. Omnium sor-
dium ablucionis erit terra cibus
erit in fluminibus decurrunt. et
cum fluminibus in mare. Et quod
terra postquam ab igne cremata
fuit sordes suas abiecit. ut
eterna sordescat. Aut quod in
fluminibus decurrunt et cum fluminibus
in mare. cum mare iam non sit
sicut scriptura liber huius re-
dentur fatetur. Et si mare in
meliorem statum reparabitur
sicut alie terrarum: aliene sor-
dibus quo inficiabitur. Et
scriptus dixerit ante elementorum
fuerint passura esse mutaciones
atque in permutacione eius ad
nichilum esse redigendas. non
potest deus sicut in aqua. ita
in terra coepisset sordes ad nichi-
lum redigere. ut non sit necesse
ut in mare defluat. Per terr-
estre igitur iudicium ultimum
interitum impiorum possumus in-
telligere: quem Sapiencia Salomonis
in ultimo examine impiis fu-
turum esse testatur dicens

Ego quoque in interitu meo vide-
bo et sub parabolis vobis quod
timebatis evenerit. cum irruerit
repentina calamitas et interi-
tus quasi tempestas ingrue-
rit. Et dyabolus qui seduce-
bat eos missus est in stagnum
ignis et sulphuris ubi et bes-
tia et pseudo propheta cruciabuntur in
perpetuum. quibus dicetur. Ite ma-
ledicti in ignem eternum qui prepa-
ratus est dyabolo et angelis
eius. Et cruciabuntur die ac
nocte in secula seculorum. A quo eter-
na misericordia redemptor noster nos
liberare dignetur. qui cum patre
et spiritu sancto vivit et regnat deus per
omnia secula seculorum. Amen.

Et vidi thronum mag-
num candidum et seden-
tem super eum a cuius co-
spectu fugit terra et ce-
lum et locus non inventus est ab eis.
Et vidi mortuos magnos et
pusillos stantes in conspectu
throni et libri aperti sunt
et alius liber apertus est qui
est vite usque ad illud. Timi-
dis autem et incredulis et ex-
ecratis et homicidis et forni-
catoribus et veneficis et y-
dolatris et omnibus mendaci-
bus pars illorum erit in stagno arden-
ti igne et sulphure quod est
mors secunda.

Quamvis undecumque
misericordia largitatis
ad septimam visionem que-

ius quia brevior etatis est eo quod generalis resurrectio dampnacio impiorum glorificacio iustorum tunc brevius describitur. Vel vere in sexto loco resurrectio ultima ponitur quia sextus numerus perfectus est. et quidquid sanctis promissum est in resurrectione perficitur. Et vidi thronum magnum et candidum et sedentem super eum. Thronus iste deitas nominis et generis ornabitur. sed hominibus iustis. Iste namque est thronus de quo psalmista dicit thronus tuus deus in seculum seculi. in superna civitate in qua regnantium thronus enim dei est omnis multitudo angelorum atque sanctorum. A cuius conspectu fugit terra et celum et locus non est inventus eis. Cuius ad modum a conspectu sedentis super thronum celum et terra fugiat psalmista ostendit sicut supra iam diximus cum dicit ignis in conspectu eius exardescet et item ignis ante ipsum precedet. Fugiet autem celum et terra id est species celi et terre quia per ignem ista species commutabuntur ut possint in aliud reformari multo melius et pulchrius. Quod vero dicit non est inventus eis locus. non ideo dicit ut locum penitus amittant sed speciem. Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni. Per mortuos magnos et pusillos scilicet reprobi designantur qui in die resurrectionis mortui astabunt in conspectu iudicis. vel multiplici morte quam tamen diximus esse post parvulum in morte scilicet decidere. Per mortuos vero magnos eos designari puto qui aut maiores fuerunt in secularibus suis aut altiores in seculi dignitatibus. per pusillos autem aut hos designat qui eis subiecti fuerunt vel certe hos qui minus peccaverunt. Et libri aperti sunt et alius liber apertus est qui est vite. Libri multi ad reprobos unus qui est vite ad electos pertinet. Reprobi multos libros habent quia multis erroribus sunt involuti. Certe pagani multos deos coluerunt et in multis erroribus simulacrorum ceciderunt. Similiter et heretici multa dogmata prava et deo odibilia invenerunt. Falsi vero christiani in multis secularibus cottidie involvuntur. Multos igitur libros reprobi possident quia multis modis deum offendunt. Electi vero unum librum habent quia unum deum coluerunt. unam fidem katholicam confitentur uno vinculo caritatis continentur. Sed quid nobis est quod sunt libri isti. Nunquid ex aliqua materia visibili aut invisibili sicut libri in quibus singulorum facta describuntur. Libri

ergo multi sunt secundum angelorum
numerum. Libri multi aperientur ad
scientiam numerorum omnibus manifestabuntur
per librum autem vite predestinacio
nem dei omnipotentis possumus
intelligere. In hoc libro omnia apo
stolorum et discipulorum esse conscripta
dominus in ewangelio manifestat
cum dicat. Gaudete quia nomina
vestra scripta sunt in celo. De hoc
libro apostolus loquitur dicens. Quos
autem presciuit hos et predestinauit
et quos predestinauit hos et vo
cauit et quos vocauit illos et
glorificauit. Et iudicati sunt mor
tui secundum ea que scripta erant
in libris. Etenim secundum errores suos
et iuxta qualitatem scelerum suorum
singuli iudicabuntur. Aliter enim
iudicabuntur heretici. aliter pa
gani. aliter christiani. Sed unus
quisque eorum quanto deterior fuit
in suo errore. tanto acrius iu
dicabitur. Et dedit mare
mortuos suos et mors et infernus
dederunt mortuos qui in ipsis erant
et iudicatum est de singulis secundum
opera sua. Nunc ad ea que superius
terminauit reuertitur. Prius
quippe resurrectio generalis fiet
et postea iudicium operatur
Quod ita dominus esse in ewangelio
manifestat dicens discipulis
In regeneratione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue
sedebitis et vos super sedes xii
iudicantes xii tribus israel. Primo
regeneracionem posuit id est resurrectionem
postea ad iudicandos populos eos se
suros esse dixit. Et in ewangelio
secundum Iohannem dominus loquitur
dicens. Venit hora in qua omnes qui in
monumentis sunt audient vocem
filii dei. Et procedent qui bona fece
runt in resurrectionem vite. qui vero
mala in resurrectionem iudicii. Id inquit
ideo igitur dicit de monumentis suis pro
cedent mortui quia omnium mortuorum
corpora per regeneracionem aliorum multi
tata de sepulcris exient cum vero
mala fecerunt in resurrectionem iudicii
procedent. quia ad hoc resurgent
ut in corporibus suis in quibus
animę peccauerunt ipsis et iudi
centur. ut quos habuerunt socios
in iniquitatibus. habeant participes
in tormentis. Porro quamquam beatus
quod ante iudicium futura sit resur
rectio ostendit ad perhibendum
mortuorum quos mare mortem
et infernum reddidisse dicit impios
esse iudicandos. Sed et fides ca
tholica quam frequenter decantamus
hoc innuat cum dicat. Quod ad
cuius aduentum omnes homines
resurgere habent cum corporibus suis
et reddituri sunt de factis propriis rationem.
Verum querendum est nobis quid
significet mare mors atque infernus.
Mare quippe aquas ad ablucionem
peccatorum nostrorum consecratas sicut
dominus dicat in ewangelio. Nisi
quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu sancto non potest introire in regnum

dei. Mare itaque ad resurrectionem
electorum, mors vero ad infernum (Mare)
atque reproborum pertinet. Mare ergo
in hoc loco baptismum desig-
nat. Quasi diceret: mortuos
suos reddet, quia electi in can-
dida quam de baptismate su-
sceperunt cum ea et resurgent. Il-
lam inmaculatam scilicet candidam.
Mare mortuos suos reddet
quia sacri baptismatis ab-
lutos et sancti spiritus gratia electos
omnes tempore resurrectionis in-
corruptione carnis suae mundos et im-
maculatos exhibebit. Per mortem (Mors)
autem corpora impiorum quae in tel-
lure sunt de mortua detinen-
tur. Per infernum vero corporum animas (Infernus)
eo quod inferni claustris detinen-
tur intelligere possumus. Infer-
nus itaque mortuos suos da-
bit quia animas prima morte
devoratas quas detinet ad re-
cipiendum propria corpora remittet.
Mors etiam mortuos suos da-
bit quia corpora quae in pulverem
redigerat virtute divina
reparata susceptis animis vivificata
9 exhibebit. Et mors et inf-
ernus missi sunt in stagnum
ignis et omnis qui non est
in libro vitae scriptus missus est
in stagnum ignis. Animae cum
corporibus quae designantur per mor-
tem et infernum missi sunt in
stagnum. Possumus et per mortem

demones, eo quod ipsi auctores fu-
erunt mortis intelligere. Mors
et infernus in stagnum mittentur
quia demones cum ceteris impiis
in inferno demergentur. Et vi- 9
di celum novum et terram novam.
Primum enim celum et prima terra
abiit et mare iam non est. Ce-
lum terra et cetera elementa que
nos videmus abolere consumen-
tur non ut penitus deleantur
sed ut in meliorem statum per
iam superius diximus purgata
reparentur. Sicut propheta in-
dicat dicens: Ipsi peribunt tu autem
permanebis et velut amictum
mutabis eos et mutabuntur.
Quod autem dicit primum celum et
prima terra abiit speciem eius de
celi ac terre transituram esse
denuntiat. Species enim non essen-
tia transibit cum in meliorem statum
commutabuntur. Quod vero infert
et mare iam non est possumus
secundum litteram intelligere ut penitus
deleatur mare. Aliter. Mare
iam non erit quia speciem suam
amittet sicut celum et terra
ut in pulcriorem formam repa-
retur. Hec specialiter intelligere
debemus proinde quidem cum de in-
novatione celi et terre dicitur e-
et hystorialiter intelligendum est
sicut superius demonstravimus et
spiritualiter. Possumus itaque per
celum animas sanctorum, per terram
corpora intelligere. Celum no-

ind fiet in die sanctorum per
receptionem corporum cum homines
natura atque forma constitu-
entur. Terra nova effi-
cietur cum corpora sanctorum que anti-
ca erant mortalia atque cor-
ruptibilia immortalia atque
incorruptibilia reddentur.
Sequens vero prima mortem impiorum desig-
nant dicitur per prophetam ysaiam:
Impii quasi mare fervens quod
quiescere non potest et redundant
fluctus eius in conculcationem et
in lutum. Mare igitur iam non est
quia omnes ultimo impiorum
cum deceptoribus suis demonibus
in infernum detrusa sunt. Videlicet
facie apta antiquitate iniqua-
ta habitatione nuda perstabit. Et
vidi civitatem sanctam ierusalem
novam descendentem de celo a
deo paratam sicut sponsam orna-
tam viro suo. Civitas ierusalem
celestis est ex hominibus iustis con-
structa, de celo descendet, quia
deo ad iudicium veniente, cum
illo et omnes ultimo sanctorum
veniet sicut dicit ysaias pro-
pheta: Dominus ad iudicium veniet
et cum senibus apostolis suis et prin-
cipibus eius. Et sapientissimus
Salomon in proverbiis suis: Nobi-
lis in portis vir eius quando sede-
rit cum senatoribus terre. Que
sic parata et ornata esse dicitur
quia sicut sponsa diversis monili-
bus atque ornamentis se ipsam

quod ornat ut sponso placeat, i-
ta et ecclesia diversis virtutibus de-
coratur ut creatori suo qui est
sponsus placere valeat. Et au-
divi vocem de throno dicentem:
Ecce tabernaculum dei cum homi-
nibus, et habitabit cum eis, et ipsi
populus eius erunt, et ipse deus
cum eis erit eorum deus. Ierusalem
et per civitatem ierusalem et per taber-
naculum dei ecclesiam et de-
signatam. Et civitas quidem in
hoc loco et tabernaculum ecclesia
vocatur, eo quod in illa habitat
deus sicut ipse dicit per prophetam:
Et inhabitabo in illis et inam-
bulabo, et ero illorum deus et ipsi
erunt mihi populus. Et absterget
deus omnem lacrimam ab
oculis sanctorum. Que sanctorum
immortales sunt sicut dominus dicit
in evangelio: Nolite timere eos
qui occidunt animam corpus autem
non possunt occidere. Quamvis enim
moriantur corpore ante eam mor-
tem que prima et secunda dicitur,
tamen ita non moriuntur ut
penitus non sint sed carnalem
hec mors vocatur. Dominus qui tempora
que constituit dedit presentem vitam
que cito finitur, futuram que si-
ne fine est. Unam fletui atque
merori, alteram vero gaudio at-
que letitie deputavit. Ubi et
Et quis vellet dicit ipse quod
brevissime in presentis seculi flere atque
lugere et affligendo semetipsos.

carnalia desideria extinguit. In alio tempore quod ostendit sequitur quod qui in fine tantum gaudeat et exultet, inveniunt ... Si quis ante hoc elegit ut in presenti tempore gaudeat et desideria carnis sue perficiat ut in futuro lugeat et torqueatur in perpetuum. De hiis duobus temporibus videtur in Salomone dixisse. Tempus flendi et tempus ridendi. Tempus flendi erat cum erat ... cum ridebit et quod illud implebitur quod dominus dicit in evangelio. Beati qui lugent nunc quia ipsi consolabuntur. Peccatoribus vero dicit. Ve vobis qui ridetis quia plorabitis et flebitis. Absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum quia post resurrectionem nichil tristicie sancti habere poterunt in lacrimis aboriri possit. Et mors ultra non erit. Quia homo immortalis factus est peccando et immortalitatem amisit et mortem mundo intulit. Post resurrectionem autem mors non erit, quia et ipse princeps mortis dyabolus cum omnibus satellitibus suis in infernis perpetuis vinculis tenebitur et immortalitas quam primus homo peccando amisit iustis reddetur et possibilitas peccandi que mortem intulit modo ab eis auferetur.

Neque luctus neque clamor. Eo superius dicat quia absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum, quid nunc fuit de gloria luctus ponit. Ex ... effusione lacrimarum et luctus aliqua distancia est. Lacrima quidem semper tristicie ... semper gaudium semper desiderium semper leticia. Luctus vero semper ex magno merore nascitur. Luctus namque est fletus super mortuos. Lugebat Paulus eos qui peccaverunt et non egerunt penitenciam. Et Salomon loquitur dicens. Luctus mortui vij diebus. Luctus autem fatui omnibus diebus vite eius. Talia nunc est luctus eo quod pro deceptionibus demonum cottidie maxima pars amittat. ... In illa autem vita luctus non erit quia ... decepciones demonum ulla ... amittet poterit. Neque clamor. Hec scriptum est quod dixit dominus ad Abraham clamor sodomorum et gomorre venit ad me. Peccatum sophia quod sit clamor sodomorum exponitur locutus ad ipsum peccatum suum ... sodoma predicaverunt nec absconderunt. Predicta igitur peccata clamor vocatur. Possumus ... clamorem aliter intelligere. ... namque deus ... tribulacione clamavit. Et moyses in angustia positus clamabat

ad deum. Ubi neque questus neque spiritus qui predicatur neque tribulatio ulla erit. Clamor nullus quia nemo ad-erit. Neque dolor erit. Et dolor corporis est et mentis. Isti quidem dolores ita sunt coniuncti ut unus sine altero esse non possit. Dolor quippe corporis affligit mentem et multum dolor mentis corpus excruciat. In illa igitur vita dolor non erit ubi neque corpori neque anime ulla adversitas accidere poterit. Que prima abierunt. Prima ista abierunt que in seculo transierunt. Electi enim qui in presenti vita sicut supra dictum est diversis incommodis et afflictionibus deputati erant, postquam presentis vite gaudium sempiternum venerunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia. De innovatione creaturarum aliqua supra diximus. Et dixit michi: Scribe quia hec verba fidelissima sunt et vera, id est hec supra dicta. Et dixit michi: Factum est. Ego sum alpha et o. Quid sit alpha et o subdendo manifestat cum dicit: Initium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aque vive gratis. Per fontem aque vive sepe scriptura sacra designatur, sicut dominus dicit in evangelio: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius

fluent aque vive. Et iterum ordines? Per fontem aque vive gloriam patrie celestis intelligere debemus, qui fons ab ipso domino procedens in cordibus omnium iustorum sua inenarrabili dulcedine saciat nec desperat. Verum quod gloriam istam gratis nobis dat, pro cuius acceptione multa adversa perferunt, multas lacrimas fundunt et innumeras preces offerunt, multas elemosinas largiuntur et ceteris bonis operibus semet ipsos exercent. Sed gratis vitam eternam percipiunt, quia precium vite eterne, que sunt opera bona, ab ipso accipiunt, qui dixit: Sine me nichil potestis facere. Ipse quippe dat precium, ipse et precio vitam eternam largitur. Qui vicerit possidebit hec, et ero illi deus, et ipse erit michi filius. Qui vincit dyabolum, omnia que vicia superans in bonis operibus perseverant, possidebit hec, id est ea que supra dicta sunt, videlicet ut bibat ipse de fonte aque vive, id est vite eterne, que est gloria perpetua. Timidis autem et incredulis et execratis et homicidis et fornicatoribus et veneficis et ydolatris et omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure, que est mors secunda. Cum timor valde necessarius sit hominibus

nobis

tior multis

cum timoris sunt docto initia valde pessima possunt. Et sic bonus timor est et mali. Est timor valde optimus de quo dicit psalmista Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Est et timor valde necessarius timor quo ignis eternus timetur et bonus et hominis quo amat ab hiis a quibus timet. Sunt et alii timores valde pessimi de quibus hic dictum est terror. Sunt namque non nulli qui timore penarum sepe a fletibus compunguntur sed quia timet appetitum vie illius que ducit ad vitam viam a desiderio regionis quam intus bonum apprehendere trepidant. Sunt et multi quibus deus dedit scientiam legis spiritualem qui in cordibus suis portant deum videlicet quasi sub apo tenebris in istis opprimi plus timentes iras hominum quam iram dei eos quos per doctrinam quam acceperunt innuere poterant et apostolo liberius tacendo a deprimendo materiam sciunt devenire. Sunt et alii qui non solum eos innuant sed per timorem hominum in eos proferunt sententiam dampnationis. Est et timor quem avaricia parit alii quod timores valde inutiles de quibus legitur est dicit

Incredulos autem non tantum non eos notat qui sed eciam sicut iudei atque pagani. Sed eos qui non credunt resurrectionem. Sunt enim etiam multi ex hiis qui christiani vocantur qui non credunt dei iusticie. Per eos enim quod vicia diligunt et carnis sue desideria perficere volunt non credunt comminationes divinarum scripturarum ut putant se pereos dampnandos esse. Sed libidinosi dicunt nullos pro [illegible] combendi quemquam esse puniendum. Sed et ebriosi dicunt nullos se premia vini potatione esse puniendos. Sic et avari luxuriosi atque superbi defendunt vicia sua. Execratos autem puto eos qui execrantur mandata divinarum scripturarum contemptores quam bonorum hominum pessimum et per execratos eos intellige qui in tantum in vanitati sunt ut non predicant eos quos execrabilia vitorem hominum perpetraret qui non solum ausus verum etiam a quibusdam vivis execrat. Homicidas autem notat non solum interfectores quorumdam hominum sed et eos qui odium portant in cordibus suis. Sic iste Johannes loquitur dicens Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Sequitur fornicatoribus For-

incredul
execrati
veneficii
pe
homicide
idolatr

[fornica]cio fornicacionum uero genera multa sunt
Concubitus enim mortis extra
legittima vxoris desiderium libidinis
explet. fornicacio vocatur. De
fornicacionis malo apostolus loquitur
dicens. Qui autem fornicatur in cor
pus suum peccat quia inte
gritatem eius violat atque cor
rumpit cum humores eius diuer
sos in se contrahit atque fundit
Est et fornicacio cogitacionis
de qua dominus loquitur dicens. Qui
viderit mulierem ad concupiscen
dum eam iam mechatus est eam
in corde suo. Prophetia spiritualem
fornicationem vocauit eo quod
deum relinquentes ydola cole
rent. Sic et nos suggesti
onibus demonum obtempe
rando cum nosmetipsos ab
sorbitionis fornicatores non im
merito vocamur. Venefi
ci autem sunt qui corpora homi
num veneno inficiunt ut eos ex
tinguant. Sunt et alii male
dictiores venefici hii videlicet
qui seminant inter fratres
discordias. Illi enim corpora
inficiunt isti animas et mul
tos detrudunt in mortem animarum quam
corporis. Ydolatre uero sunt
non solum hii qui ydola co
lunt sed et eos auaricie de
monstrat apostolus qui auari
ciam ydolorum seruitutem vocat
Sed valde terribile est quod sequitur

et omnibus mendacibus. Deinde subiun
git. Pars illorum erit in stagno
ardenti igne et sulphure quod est
mors secunda. Et propheta insta dicit
addimus. Perdes omnes qui loquuntur
mendacium. Et in alio loco. Omnis
homo mendax. Si ergo omnis homo men
dax est et perdet deus omnes qui loquun
tur mendacium et si omnes men
daces partem habent in perdicione
cum ceteris impiis de quibus ac
tenus locuti sumus quis saluus
esse poterit. Nullus enim nullus
homo inuenitur posse transire ut
aliquid non mentiatur nisi fuerit
infans qui fari non potest. Sed non
de omnibus mendacibus hoc dictum
esse intelligere debemus sicut nec
illud de omnibus peccatoribus quod
in psalmo tricesimo septimo ca
nitur quia peccatores peribunt.
Et in psalmo centesimo quadragesimo
quinto. Custodit dominus omnes dili
gentes se et omnes peccatores dis
perdet. Et omnes sumus peccatores
secundum illud Iohannis
Si dixerimus quia peccatum non habemus
nosipsos seducimus et veritas
in nobis non est. Ergo omnes
peribimus. Sed non de omnibus pecca
toribus hoc dictum esse videtur
Sed de illis tantum qui in gra
uibus peccatis semetipsos
precipitantes nolunt agere pe
nitenciam ab iniquitatibus suis

mendacia

Similiter et hic non de omnibus
mendacibus esse intellige deus
Sunt etiam mendacia que inter
leuia peccata deputantur Ad que
nullus homo ut puto ex toto
posse abstinere Sunt etiam
valde grauia que inducunt ho
minem ad dampnacionem Sed quia
hijs temporibus multi sunt qui
sine aliqua reuerencia dei ea
potenter ponere assidue menti
untur Placuit ut de hoc men
cio aliqua dicamus pro cauen
dis grandibus Sepe estima
cione mentimur estimantes
nos uidere que non uidemus aut
audire que non audiuimus aut
scire que nescimus Sepe namque
eminus aliquem quasi domesticum
affirmamus
fallit nos aspectus unde dicimus
esse qui non sunt Sepe etiam et ob
scuris temporibus eciam pro lapides
et arbusta inspicimus ipsa
obscuritate fallimur et dicimus
homines esse aut bestias Se
pe obliuione fallimur eciam ob
liuiscimur que fecimus audiuimus
et uidimus aut locuti fuimus
et dicimus nos fecisse quod non
fecimus aut non fecisse quod
fecimus aut audiuisse quod
non audiuimus aut non audiuisse
quod audiuimus aut non eciam uidis
se quod uidimus aut uidisse
quod non uidimus aut dixisse

quod non diximus aut non dixis
se quod diximus Sepe quia et eciam
audimus quod desideramus dicimus
verum esse quod audiuimus et sepe
contingit ut sit falsum et eciam au
dimus quod nolumus dicimus
falsum esse grauamus sit verum
Sepe eciam ioco mentimur ut
apud audientibus moueamus
Sepe ex nimia credulitate
mentimur Nam eciam audimus
quosdam homines quos verid
icos existimamus aliqua narran
tes vere similia credentes
quod audimus eciam ea aliis re
ferimus dicimus valde qua
uis sint falsa et frequenter eciam
iuramento affirmamus Sunt
et multi qui gesta patrum
que in diuinis paginulis ad
legerunt ad audiorem exponere
oblectationes eciam ea aliis nar
rando ceperunt aut quod menda
cia intermiscent et quamplures
narracionibus vnam faciunt co
nantur et sicut qui stannum
auro uel argento admiscet
inutile magis efficiat ita et
isti eciam compluribus narracionibus
vnam facere satagunt mentien
do inutilem reddunt Et velint
esse cum plus quam gesta sunt
mendaciter profecerunt etiam
multi diuinis litteris eruditi
qui uideris ultra quam oportet
credentes quasdam eorum fabulas
varias suscipiunt et sunt

traditionibus [...] seruerunt. Pa
gani enim qui iudei sunt que
de christo in ueteri testamento inue
niunt contra suos sensus euertere
nituntur et ipsum nomen christi
et quoscumque possunt extinguunt
et non solum prophetias de christo
euertunt sed et in aliis locis
multas uanitates et absur-
dissimas fabulas interponunt.
Quare ergo tunc mendacibus
omnes contra religionem [...]
credunt aut aliqui illis
prestipantur. Et tamen ea que
ab antiquis patribus prolata
credimus fuerunt. Ipsi [illegible] de
diabolo patrem habent qui in
ueritate non stetit quia men
dax est ipse et pater eius. Et
quoscumque diabolus possidet
mendaces facit. Sepe et ti
more mentiuntur. Ita ut timentes
ut a potestatibus aliquibus moles-
te nobis inferant aliqua
mendacia excogitata per que
liberemur. Sed et maiores
dicimus quod mendacia plerumque
ut a latronibus liberentur.
Simulat seruum et puer aliqui
mendacia interpolant placent
ne uapulent. Sunt et multi
qui in extraneis locis positi
egestate aut aliqua necessitatis
causa mentiuntur. Ut inueniant
aliqua corporis necessaria

sibi acquirant. Sepe et nos
amicos et uera intimi lau
datores eos quos diligimus
aliter modo et intupantes(?)
eos quibus uera sententia displi
cent oportet. Sed ista genera
non uidentur quia superant.
Sunt alia mendacia superio
ribus similia que longius
prosequimur in talibus mendaciis
non solum inuenti sed et iusti
sepe delabuntur. Et ipsi hoc
uidetur in psalmista dicentis
se Omnis homo mendax est.
Et aliud genus mendacii
quod absque culpa uidetur
nisi scriptura dicat. Omne men
dacium a malo sed quod didi
mus scriptum aliquando repe
riuntur. In Genesi namque
scriptum est cum pepercit pre
cepit pharao obstetricibus inde
orderet ut masculos interfi
cerent et feminas conserua
rent. Sed ille timentes deum
conseruabant mares. Pro qua re
cum a pharaone increparentur
dixerunt quia hebree mulieres
obstetricandi habent scientiam
illeque nescientibus pariunt.
Bone fuit melius menti
endo pueros reseruare quam
ueritatem dicendo tot homicidia
perpetrare. In Iosue quoque
scriptum est quod misit duos
exploratores ad explorandam

recitato. At illi ingressi sunt
domum cuiusdam meretricis nomine
raab que abscondit eos in inte-
rioribus domus sue. Venientibus
quoque persecutoribus eorum dixit
quod cum porta clauderetur in te-
nebris aufugissent. Atque
per hoc mendacium a persecutoribus
eos liberavit. Ipsa cum tota
cognatione sua a mortis peri-
culo liberata est. Et propter hoc facto
a beato paulo in epistola ad he-
breos laudatur. Ait enim fide
raab meretrix non periit cum
ceteris incredulis excipiens
exploratores cum pace. Sunt
regum etiam volumine scriptum
quod david fugiens absalo-
nem filium suum misit utique duos
exploratores ad explorandos
actus filii sui. Quod cum audisset
absalon misit qui eos ca-
perent. At illi fugientes ingres-
si sunt domum cuiusdam vi-
ri cuius uxor abscondit eos in
puteum quem habebat in pe-
ribulo posito desuper operi-
mento. Venientes vero persecuto-
res eorum eos requirentes respon-
dit. Transierunt gustata
paululum aqua. Decrevit
igitur dicendo eos possibile
quos mercede servavit. Ta-
lium itaque mendaciorum acci-
tate macule eorum qua perdit
delentur quia caritas operit
multitudinem peccatorum.

Sunt de precavendis dicamus. Sunt
namque que invidia generat alia
que avaritia. Alia que vana glo-
ria. Sunt etiam infidelitatis menda-
cia sicut et blasphemie. Sunt
que ex odiis procedunt. Habent
nichilominus alia vitia men-
dacia sibi convenientia. Infide-
les quoque quippe iudei atque
ethnici habent plurima menda-
cia. Nam excepto quod christum ne-
gavit venisse in carne habent
multos errores quibus decepti
perierunt. Sunt et iudaica blas-
phemia quibus idem iudei atque
pagani necnon heretici deum
et ecclesiam eius omniaque mis-
teria divina multis modis blas-
phemant. Sunt et mendacia
que ex odiis procedunt. Nam
nonnulli per eos que odia in cor-
dibus contra proximos gestant
falsa crimina eis inducunt
et quos non possunt gladiis
interficere falsis criminibus in cap-
ud magnum sepe causa et in
mortem precipitant. Sunt
alia que parit invidia. In-
vidi quippe cum videt aliquos
aut dignitatibus seculi aut
sapientia aut artibus pollere
eos despiciunt aut subsannare
non cessant. Sepe que ipsos
illis preferre ut ipsi clariores
apud eos qui eorum iudiciis
credunt videantur quam illi
quos despiciunt. Sunt et de
visionis mendacia que ipse

ad mundos pertinet. Videri
namque semper mundi facta
meliora et quibus corporalia non
possunt eos actibus media
toris obnubilare querunt. Sunt
multi etiam qui eos quos odi
o habent a quibus uidentur
fingentes se amicos suis callidis
persuasionibus ad quedam fla
gicia perpetranda pertrahunt
quos cum in aliquod scelus ve
luti in foueam precipitauerint
contra eos ipsi accusatores qua
si exsurgunt et qui uidebantur
amici quid fuerunt pessimi i
nimici comprobantur. Habet etiam
auaricia mediatoria sua. Quia
multi quippe sunt qui propter
aliorum substantiam tollendam
multas fallacias et diuersas
machinaciones componunt ut
auaricie sue barathro qui in
insaciabilis est aliquatenus
satisfaciant. Sunt etiam
multi qui propter munerum acceptio
nibus falsi testes contra pro
ximos suos efficiuntur et eos
mentiendo in infamiam precipi
tant et hereditatem et substan
tiam auferunt, sepe uero etiam mor
te inferunt. Sunt alia me
diatoria que nutriunt uanam gloriam.
Sunt enim multi uane glorie
amatores qui ut magni et
egregii ab hominibus habeantur
dicunt se magna quedam fecis
se que non fecerunt et posse
que non possunt et possidere
que non possident et sapere
que non sapiunt ut ad cel
situdinem ad quam tendere
nequeunt sua mediatoria ac
os eleuent. Et quia hor
minum apud quosdam peruersos
habetur. Etiam in monasteriis
sunt quosdam huius uicii ce
maculatos. Multi quippe
sunt qui postquam seculum
reliquisse uidentur ut mag
nos se et inclitos apud sim
plices quosque et eos qui in
monasteriis educati fuerunt
constituant, dicunt se fuis
se possessores magnarum diui
ciarum iactant se fuisse ve
natores piscatores et multa
alia de se mentiuntur ut mag
ni apud eos quos suis me
diatoriis decipere possunt habe
antur. Ad te ergo loquor qui
talis es. Ecce qui in seculo
positus nec simplicem cibum
qui tibi tuisque omnibus sufficie
ret per totum annum elaborare
poteras in monasterio positus
possessor thesaurorum predio
rum magnarum que diuiciarum efficeris
et qui nec unam uilem etiam
capram poteras monachus effectus
venator potentissimus effectus
es. Et qui quosdam comunes
homines formidabas in mona
sterio positus predicatorem fortis
simum te fecisti. Ecce non sunt
seculum reliquisse sed acquisisse

Dixisse te hominem interfecisse hu[n]c
cidii reatum sibi te imposuisti
Lingua mendax facit quia
nus non prevaluit Et magis ut
probem quod te mentiendo reum ho
micidii feceris Saul sicut a li
bro regum legimus timens
philistinorum manum sponte semet
ipsum interfecit Venit quidam
homo ad regem David et dixit
quod ipse Saulem qui eum persequeba
bat interfecisset Sed ille spiritu
prophetie mentitum eum intelligens
velut homicidam puniri ius
sit reatumque homicidii super
illum imponens dixit Sanguis
tuus super caput tuum Os enim
tuum locutum est adversum te
dicens Ego interfeci christum domini
Sciendum enim dimittens periculi ad
quod ipsorum veniet grauitas
tatis sit deditus et pote
ria sua accipiunt Et si
aliis reus est qui veri dicit
quanto magis tunc omnia
mentitur Sunt alii quippe
non desinunt mentiri et vix
aliquid loqui possunt sine
mendacii admixtione qui etiam
ad omnia que audiunt quedam
mendacia confingunt et dicunt
se vidisse que non viderunt et au
disse que non audierunt et
fecisse que non fecerunt Cuius
a veritatibus semper fuerant
dicunt non posse quemquam sibi
vera loqui qui non posset
sibi mentiri Consule quidem
vana assertio tua. Exc.

sibi et vacat loquetis quia qui mi
nus potuit mentiri cum ne stagi
a te magis fieri oportuisset
inquit suspecti Dixit
apostolus et etiam predicatores multa
docuerunt et scripserunt sibi par
... mendacii et scriptura
dicit quia omne mendacium
a malo est Et mendacium ma
lum est quia mendacium sibi
consortii cum ... quam vana
est tua cum omnipotentis
... causa offendere
non trepidas Nam etiam mala
quamquam deus contraria sunt
videntur tamen aliquid corpori
conferre quia divitias congre
gat ex quibus dependia eius ex
plentur Similiter et libido vi
detur aliquid corpori conferre
quia de ... carnis vo
luptas extinguitur
Et ebrietas quamvis deum of
fendat ... proficua
assumuntur Sunt enim quia
de medicina corpori aliquid
videntur adiuvare sicut sunt ava
ritie de quibus supra dixi
Tu autem corpori nichil acquiris
et sic ... deum offendere
non metuis Et mendacium
tuum leve esse ... tandem
dissipat Nam consuetudine
... gravissimum atque in
portabile efficitur Ita sicut
lutum leve est quam plurimum
pro multiplicitate gravius
... et periculosum fit ita ut
... peccata ... gravantur

Visio septima

sit et quedam sancta sperata propter
gracias sua gratuita quibus ipsa
que gratia et consummatur
efficiunt Et patet quia sicut
ipse dixit deus veritatis nichil
plus contrarium est ecce vita
ut quam mediatam Horribilis
ipse est stagnum ardens igne
et sulphure que est mors secun
da Secundum est mors secunda in
hoc libro manifeste denunciat
supradictis agit verius ne
in mortem secundam incidamus
redemptor noster nos liberare
dignetur qui cum patre et spiritu
sancto vivit et regnat in secula
seculorum amen

Et venit unus de
vii angelis habe
ntibus phialas ple
nas septem plagis no
vissimis et locutus est mecum
dicens Veni ostendam tibi spon
sam uxorem agni Et sustu
lit me in spiritu in montem mag
num et altum et ostendit mihi
civitatem sanctam ierusalem descen
dentem de celo a deo habentem
claritatem dei lumen eius simile
lapidi precioso tamquam lapidi
iaspidi sicut cristallum usque
ad illud Si quis apposue
rit ad hec apponet deus super
illum plagas scriptas in libro
isto Et si quis diminuerit
de verbis libri prophetie huius au
feret deus partem eius de libro vi
te et de civitate sancta et de hiis
que scripta sunt in libro isto Dicit
qui testimonium perhibet istorum
etiam venio cito amen Veni
domine ihesu Gratia domini nostri ihesu
christi cum omnibus vobis Amen

Septima visio ad quam do
minus invitat et dona
te prevenit tota ad il
lud tempus quod post resur
rectionem futurum est pertinet Et
ordo postulabat ut generali resur
rectione de septima gloria sanctorum
quam post consummationem seculi sine fine
possidebunt describeretur que sub fi
gura civitatis ierusalem in hac vi
sione describitur Et venit unus de
vii angelis qui habebant
phialas et locutus est mecum
dicens Veni ostendam tibi spon
sam uxorem agni Supra in quin
ta visione dicit iohannes vii
angelos habentes vii phialas
sibi fuisse monstratos et in septem
tibus unum ex hiis sibi civita
tem diaboli dampnationis que eius
sub specie mulieris meretricis os
tendisse Similiter et hic unum
ex eisdem vii angelis dicit sibi
civitatem dei sub figura ierusalem
demonstrasse Causa huius signifi
cationis habet singuli ipsi quidem
illi septem designificat namque
predicatores qui fuerunt et erunt
usque ad finem mundi Iohannes
vero typum tenet ceterorum fidelium
Angelus agit Iohannis se de
monstratur civitatem dei per
mittit quia predicatores

sancti ceterique fideles quanta sit
beatitudo illorum in quantum pos
sunt satagunt demonstrare ut eos
ad vitam eternam percipiendam acce
dant. Eadem sponsa et uxor
agni vocatur. Eandem sponsam ec
clesiam vel vocat Iohannes
baptista demonstrat dicens Qui
habet sponsam sponsus est. Quod autem
et uxor dicatur demonstrat
dicens Propter hoc relinquet ho
mo patrem et matrem suam et ad
herebit uxori sue. Et erunt duo
in carne una. Quasi ergo patrem
suum filius dei dereliquit cum de
illa celesti beatitudine ad ter
ras descendens hominem as
sumpsit, que per sponsa sua que
est ecclesia datur. Matrem reli
quit quia affectum matris
abiciens corporis quod ex ea as
sumpsit per ecclesia sua tradidit
quam sibi ita univit ut ipse
sit caput et ipsa corpus. Et sus
tulit me in monte magnum et
altum. Mons iste christus est
de quo monte propheta loquitur
dicens Erit in novissimis
diebus preparatus mons domus domini
in vertice montium. Mons igitur qui
preparatus esse dicitur christus est. Mon
tes vero super quorum verticem mons
iste preparatus dicitur patres ve
teris testamenti designant. Su
per horum ergo verticem mons domus
domini preparatus esse dicitur quia et ab
ipsis predictus est in carne ve
nisse et eos macula faciens
transgressus est. Super hunc igitur
montem domus domini id est eccle

edificata est quia super christum
edificata est sicut Apostolus lo
quitur dicens Fundamentum
enim aliud nemo potest ponere
preter id quod positum est quod
est dominus ihesus christus. Et
ostendit mihi civitatem sanctam
ierusalem descendentem de celo a deo
habentem claritatem dei. Nota
dum quia Ezechielis ultra
in ipso cu... Iohannes in ipso
concordat in aliquibus locis quando
placuit inter decilla huius opus
pauca inserimus. Dicit enim
in monte sibi fuisse demo
stratum super quem erat civi
tas et contra templum. Verum
tantummodo quecumque de tem
pli structura multa est locutus
Eandem ergo significatam hic
hic templum quam hic civitatem
Significat quippe ecclesiam sed
per illud templum presentis temporis ecclesia
per civitatem autem ierusalem quam
qualis post finem mundi fu
tura est designat. Sed dicat a
liquis quid est quod ista ierusalem
descendere ad futurum tempus
pertinet cum presentis temporis eius formam
videat in hac visione de
scribi. Ad que nos videmus
quia ecclesia quamdiu in hac
vita consistit agnoscitur sponsa non
est et quasi sub quodam vela
mine ab sponsa tenetur. Ignorat enim
ratur quibus sit virtutibus a quibus est
electis aut ad quem finem actus
suos omnipotens perducat. In
illa autem vita cuius forma omnibus

pcebit. Tunc eius liquido ci-
uibus apparebit quis sint muri
qui porte qui fundamenta que
lapides structure. Qui lapides
preciosi. Sed quendam nobis est
quo de celo descendere dicatur
eciam ad celestem habitacionem contendi-
te conscendat in qua sine fine
permansura credatur. Sanctorum
actus atque vita quadam mente
per tractatum semper augentur
in cordibus nostris. Et quanto
amplius conscendimus tanto am-
plius eorum magnificencia no-
bis elevatur. Ac eciam oculos men-
tis nostre ad ymaginem dei om-
nipotentis conscendendo attollimus
magnitudo factorum magni-
tudini dei comparata vilis nobis
humiliatur. Ascendunt igitur
nobis sancti cum eorum vita et
actus conscendimus. Descendunt
vero eciam ad conscendenda ompo-
tencia dei omnipotentis oculos
mentis nostre attollimus. Dicitur
quoque illam claritatem dei ha-
buisse. Habebat profecto cla-
ritatem dei non suam. Sicut eciam
sol vel aqua refulgens sua cla-
ritate aqua largitur ita ut eius qua
oculos intuencium reverberet sicut
et sol. Quemadmodum igitur
aqua claritatem de sole habet sed
non ex se ipsa sed a sole. Ita et sanc-
ti habent claritatem dei sed non
a se ipsis sed a deo sapiencia illuminante.
Lumen eius simile lapidi pre-
cioso tamquam lapidi iaspidis sicut
cristallo. Ecce tres lapides posu-
it quorum lumen luminis eius
~~assignavit~~ assimilavit unum
scilicet preciosum duos vero nominatim
exprimens. Possumus itaque per
lapidem preciosum patrem per iaspi-
dem filium per cristallum spiritum sanctum
intelligere. Pater enim sine nomine
est quia pater a se ipso est. Reliqui
et ceteri nominatim exprimuntur
quia filius a patre est spiritus
sanctus vero ab utroque procedit.
Possumus eciam per lapidem preciosum
spem per iaspidem fidem per cristal-
lum vero caritatem intelligere. Sed
prout aliquis dicat. Quoniam in illa
vita nostra non erunt fides
et spes. Quod enim videt quis
quid sperat. Ad quod nos di-
cimus quia sicut vestis que
ex aliqua materia tingitur per
tincturam abiecta materia colorem
pulcerrimum ipsa retinet.
Ita et in illa vita fidelium spe
humilitate abstinencia ceteris-
que virtutibus absque caritate finem
acceptabilibus splendor ex ope-
racione illarum facta acqui-
sierunt eos sine fine permane-
bit. Et habebat murum mag-
num et altum. Iste est murus
de quo dicitur Urbs for-
titudinis nostre syon salvator
ponetur in ea murus et ante-
murale. Hic murus igitur
christus cum omnibus membris suis
designatur. Ita ut per illud fun-
damentum per aliqua vero struc-
turam omnia membra figurentur.

Habentes portas duodecim. In e
zechiele scribitur quod templum quod
ei demonstratum est tres portas ha
buit orientalem videlicet austra
lem et aquilonalem. Propter quod dic
it porta orientalis clausa per
manet perpetue tantummodo perpe
tuitate et permanente. Per portam
orientalem beata virgo maria fi
guratur que clausa ante ingressum
principis id est christi et post conceptum
et post egressum eius clausa
devenit permansit. Per portam vero
australem veteris testamentum
Aquilonalis novum designat.
Hii vero qui ab australi parte ve
niunt dicuntur iudeos qui et
ab aquilonali gentes designantur
Iudei etiam qui cognicionem dei
habebant et quibus lex data
erat a parte solis id est ab austra
li parte in qua sol amplius
fervet nos inveniuntur ad
ecclesiam ~~adere~~ venire dicuntur
per portam australem ingredie
bantur quia testimonia de
veteri testamento multiplici
ter et possessionem divinis quasi
modo persignatam eos ad fidem
christi suscipiendam sue ... te
sti ... Gentiles vero ydo
latria desertis alii qz abre
nunciantes qui dicunt sede
bo in monte testamenti in lateri
bus aquilonis ascendam super
altitudinem nubium et ero
similis altissimo. Non in

gressu ab aquilonali parte veni
re dicuntur. Per portam aquilo
nalem ingrediebantur quia ad doc
trinam ewangelii audientes
virtutes earum quas prophete et
ministros eius fecerunt ammi
rantes ad fidem christi suscipi
endam currebant. Per eam apertam
est etiam ut per quas quisque
intraverat non regrederetur
sed de regione eius egrederetur
videlicet ut qui ingrediebatur
per portam septentrionalem egre
diebatur per portam meridi
anam. Iudei quos intelligen
tia veteris testamenti ad fidem
christi suscipiendam perducebat
non debebat reverti ea parte qua
venerat scilicet ut observacio
nes legales carnaliter imple
rent sed egredi per eam per por
tam aquilonalem ad ewangelii
videlicet doctrinam meditandam
et perscrutandam se transferre
ut discant spiritualiter impleri
quod ante ea facere satage
bant. Gentiles vero qui per por
tam aquilonalem ingredie
bantur id est qui per doctri
nam ewangelicam fideles
efficiebantur non debebant
reverti ea parte qua venerant
videlicet ut ad errores phi
losophorum perscrutandos rege
derentur sed potius per suscep
tam fidem atque doctrine ewa

gelice ad portam meridianam idest ad doctrinam veteris testamenti presentanda se transferre ut eam ducerent in eo xpm multis modis ac predicatu laborarent ut eos fidei cristi [illegible] portas autem duodecim quas habere dicit xij apostoli eorumque doctrina designatur Et in portis angelos duodecim xij angeli per ceteros predicatores aplorum videlicet sequaces designat Qui in portis ecclesie dicuntur qui fidem aplorum in totum tenentes eorumque doctrinam sequentes quoscumque potuerunt ad fidem xpi trahere produxerunt

Et nomina scripta xij tribuum filiorum israel Per nomina duodecim tribuum patres veteris testamenti possumus accipere qui a fide sancte trinitatis non deviaverunt Possumus etiam per ea nomina veteris testamenti intelligere Nomina duodecim tribuum in portis scripta erant quia doctrina aplorum ceterorumque predicatorum plena fuit exemplis veteris testamenti

Ab oriente porte tres Ab aquilone porte tres Ab austro porte tres et Ab occasu porte tres Quatuor plagas mundi posuit ut indicet per omnes gentes que intra quatuor plagas mundi continentur ad ecclesiam venisse Contra unamquamque vero plagam tres portas se vidisse dicit Que simul xij ut indicet nullum intra ecclesiam ingredi posse nisi per confessionem sancte trinitatis Et quia doctrina aplorum nichil est aliud nisi evangelium et ipsum evangelium in quatuor libros dividitur et uniuscuiusque libri doctrina in fide constat sancte trinitatis Recte hec civitas quatuor latera habere dicitur et singula tres portas que simul iuncte fiunt duodecim Et in ipsis scripta nomina xij aplorum et agni

Quod significat xij fundamenta ipse quod posuit eum sibi imponit quod in ea scripta essent xij nomina aplorum et agni Reprehensus [illegible] a quodam cur super petram fundamentum ecclesie dixi in eo loco ubi dominus dicit Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam Ubi petrus est fundamentum eius [illegible] sicut et ceteri apli quemadmodum presens lectio monstrat apte quod super ipsum est edificata ecclesia sicut et super ceteros Ubi vero super petrum ecclesia edificata non est ergo nec super ceteros Falsa est quod quidam Johannis [illegible] sensus qua dicit xij aplos xij fundamenta ecclesie esse ut [illegible]

fundamentum cum aliud nemo
potest ponere preter id quod positum
est. quod est Christus. Non cum
aliud fundamentum est petrus
et aliud Christus. quia membrum
Christi est petrus. sicut ipse dixit
discipulis suis. vos in me et
ego in vobis. Christus namque fun-
damentum est omnium apostolorum suorum.
Similiter et ipsi fundamenta sunt
eorum qui per eos crediderunt. Unum
ergo est fundamentum id est Christus
a quo continentur omnia fundamenta
super eum tota compages edificii
constructa est. De hoc fundamento
paulus loquitur dicens. Siquis
autem edificat super fundamentum
hoc aurum argentum lapides
preciosos. ligna. fenum. stipulam
uniuscuiusque opus quale sit ignis
probabit. Sex species posuit tres
preciosas. et tres viles. Per
aurum sapientia designatur.
Aurum supra fundamentum Christi
edificat. qui sapientiam qua vicia
contemnit. et intentus intimat
in corde suo recondit imitans
psalmistam qui dicebat. In
corde meo abscondi eloquia
tua. ut non peccem tibi. Per
argentum hic predicationis dul-
cedo exprimitur. de quo idem
psalmista dicit. Eloquia domini
eloquia casta. argentum igne

examinatum. Argentum supra fun-
damentum Christi edificat qui bonum
quod didicit alios docet. ut
eos ad bona agenda pertrahat.
Per lapides vero preciosos bona
opera designantur. Lapides preciosos
supra fundamentum Christi edificat
qui bonum quod docet operibus
implet. Sunt qui verba exhor-
tationis quibus ceteros perfecte
instruant non habent. Sed tamen
se per bona opera ornant. Lapides
preciosos super fundamentum Christi edificant.
Similiter et qui premia sciunt et
ea alios docent argentum namque
supra fundamentum Christi edificant.
sed tamen operibus implent quod
docent. Multi cum intellectum
non acceperunt alios docendo
super Christum edificant. sed per mala
opera destruunt. nisi quod edifi-
caverunt. Per ligna vero fenum
atque stipulam peccata minima de-
signantur. Hoc est intellectus alius
qui nos absque affectu excludit. Isto
cum super Christum peccata. Sed minima
opera edificantur. et cum peccatum
ab edificatione que fit super Christum
recedimus. et quanto gravius pec-
cavimus. tanto longius separamur.
Sed tamen per penitentiam ad bona opera
agenda revertimur. ad edificacionem

q fit sup corpus veritum. Pos-
sumus ergo per ligna terrena opera
intelligere ... quibus terrenis oper-
misisit ut habeat unde vivat
ne forte necessitate compulsus furtum
cogatur. Unde apostolus precipit ut
cum silencio operantes unusquisque
suum panem manducet. Per fenum
vero amorem terrenum possumus
intelligere accipere cum quibus pro
affectu carnis uxorem filios
sive ... diligit. Unde et scriptura
apostolus precipit ut viri uxores
uxores viros, filii parentes
parentes filios diligant. Per
stipulam autem eos possumus in-
telligere qui pro eo quod libido eos
cruciat et sic ... propter
uxores accipiunt. Unde et Paulus a-
postolus precipit dicens: Propter for-
nicationem autem unusquisque su-
am uxorem habeat et unaqueque
suum virum habeat. Et quia tales
... offensi-
onibus esse non possunt, dicit tales
per ignem esse salvandos, scilicet per
ignem purgatorium. Et hoc ...
... abstinue-
runt et per elemosinarum largi-
ciones ... ut post
mortem per ignem purgatorium
salvari possint. Ceterum au-
tem ... aliis ...
... efficiatur per ignem purga-
ta et ipsa ... que cum
... contraxerunt
per ignem mundantur. Ut dign...

fiat electorum unus ... Et qui
loquebatur mecum habebat arundinem
auream ut metiretur civitatem
et portas eius et murum. Ange-
lus qui loquebatur cum Johanne
hoc loco Christum significat. Christus
qui ... omnes gentes
virga ferrea sicut vas figuli
... civitatem
dei que omnibus gentibus consta-
bit arundinem auream metiri
dixisimus supra ... ferrea disciplina
... evangelii
designatam. Ferrum vero
grave et durissimum est. Et
... autem legis ...
dicit evangelium. Arta et an-
gusta via est que ducit ad vitam.
Sed habet dulcedinem amoris dei
et spes patrie celestis suavem
et levem facit, sicut ipse dominus
dicit: Iugum enim meum suave
est et onus meum leve.
Virga ita que ferrea et arundo
suavem levem atque auream
... quia per angu-
stias quas pro Christo pertulerunt ...
civitatem ... pervenire ...
cipient. Metiretur autem ci-
vitatem et portas eius et murum
quando ... qualitatem operum
... ~~recipiet~~
recipiet. Sed quaenam nobis
est ad civitatem ... fu...
se dicitur. Cum portas et
murum ... civita-
tis ... omnia ...

Verum sicut constructa et situata docet per portas apostoli. Ipsi enim apostoli viri per muros vero ciuitatis multitudo fidelium. Que hec sequuntur plenius manifestant.

¶ Est ciuitas in quadro posita est et longitudo eius tanta est quanta et latitudo. Per quadraturam ciuitatis pfectio sanctorum designatur. Quadratus quippe lapis in quacumque parte iacet stabit vero. Et si quadratum lapidem ac aliud quodque quadratum pt (?) diligenter inspexeris pfectionem certam in eo depictam comprehendere poteris. Habet namque sex facies octo cornua et cu-pidines (?) duodecim. Sex facies perfectionem demonstrat operum bonorum quia senarius perfectus est numerus. Habet et octo cornua iiii designat ewangelia ex quibus iiii celum iiii terram respiciunt. Quatuor igitur cornua iiii designat ewangelia. Que duplicantur quia dilectionem dei et proximi spaliter (?) inculcat. Quatuor celum respiciunt ut indicent deum super omnia esse diligendum. Quatuor terram ut indicent proximos tamquam nosmetipsos diligendos. Duodecim vero cuspidines fidem demonstrant duodecim apostolorum. A singulis ac cornibus tres cuspides procedunt ut indicet ad doctrinam Christi quod est ewangelium que certa in quatuor libros diuiditur fidem sancte trinitatis per apostolos transisse ut per illos ad omnes gentes migraret. Hoc totum de quadrato lapide ideo depinximus ut demonstremus per quadraturam ciuitatis perfectionem celestis esse designatam. Et quia hec ciuitas equali quadratura habet longitudo eius tanta esse dicitur quanta et latitudo. Per longitudinem namque eterna gloria per latitudinem autem caritas designatur. Longitudo igitur huius ciuitatis tanta est quanta et latitudo quia quanto unusquisque fidelis in hac vita positus maior fuerit in caritate tanto maiorem gloriam in illa erit possessurus beatitudinis. Et quanto minor fuerit caritas tanto minor erit et gloria. Et ciuitatem mensus est per stadia duodecim longitudo et latitudo et altitudo eius equalia sunt. Eandem significationem habent stadia xii que et porte duodecim. Significant namque apostolos. Superius longitudinem et latitudinem huius ciuitatis equalis habere dicit. Hic vero dicit quod longitudo latitudo et altitudo eius equalia sunt.

Possunt etiam in hoc loco per
tria que posuit fidem spem et cari-
tatem intelligi. Ita ut per longitu-
dinem fidem, per latitudinem cari-
tatem, per altitudinem vero spem
intelligamus. Sed quo equalia
esse possunt cum apostolus dicat
Nunc autem manet fides spes
caritas tria hec. maior autem
horum est caritas. Ita quamvis
caritas mayor sit omnibus
virtutibus eo quod ipsa manet
in perpetuum celis tamen quem-
admodum horum trium virtuti-
bus equalitas ascribi potest. Dicit
quippe apostolus quia fides per ca-
ritatem operatur et fides sine o-
peribus mortua. Si mortua
est illi cui mortua est mortua
est. Et si fides per caritatem operatur
et illi mortua est qui caritatis
opera non habet. Ergo fides tan-
ta est quanta sunt et caritatis
opera. Similiter spes tanta est
quanta fides et caritas quanta
sunt opera fidei que est caritas
tanta est et spes glorie. Inquantum
enim unusquisque fidelis per caritatis
opera se dilatando prevaluerit
in tantum sibi gloriam patrie celes-
tis acquiescat non dubitat.
Et mensus est murum eius cen-
tum quadraginta quatuor cubitorum
mensura hominis que est angeli

Hoc si superiora attendamus
secundum litteram stare non potest
Superius namque dicit quod men-
sus est civitatem per stadia xii
milia. Hic autem murum civitatis
C.xliiii cubitorum dicit esse
mensuratum. Multo enim maius
est spacium xii stadiorum quam
spacium C.xliiii cubitorum
Ideo quod per maius spacium eos
qui maiores merito sunt intelli-
gere possumus. Et de quibus su-
perius per xii milia stadia duodecim
apostolos esse designatos. Mar-
tires vero et confessores et ceteri
perfecti viri qui apostolorum doctri-
nam post eos sunt sequuti et
corporis actus imitati quo circa am-
bitum meriti quam eandem
gloriam possidebunt quam et illi.
Per murum vero qui ex preciosis
lapidibus sunt extructus mul-
titudo designatur eorum qui minorem
ambitum tenebunt quam illi
de quibus superius diximus. Et qui
minores essent merito minora
recipient premia. Quorum men-
sura duodenario numero constat
quia fidem apostolicam in trini-
tatem servaverunt. Duodecies
namque duodeni fiunt C.xl.
iiii. Quod autem dicit civitatem
et murum mensura hominis que
est angeli fuisse mensuratos
demonstrat angelicam simili-
tudinem hominibus sibi apparuisse.

iste. Possumus etiam aliter intelli-
gere mensuram hominis dici
et mensuram angeli. Et eandem
suam civitatem et muros di-
cit esse mensuratos, quia sancti
viri equalitatem habebunt
cum angelis. Et eorum mensura
mensurabuntur, quia eandem glo-
riam possidebunt quam et illi,
sicut dominus dicit in ewangelio:
In resurrectione neque nubent neque nu-
bentur, sed erunt sicut angeli
dei in celo. Et erat structura
muri eius ex lapide iaspi-
de. Ipsa vero civitas auro
mundo simili vitro mundo.
Sed et hic aliqua distancia
inter muros et civitatem fit.
Muros dixit ex lapide iaspi-
de esse constructos, ipsam vero
civitatem auro mundo et vi-
tro mundo dixit esse similem.
Per viriditatem namque iaspidis
fides designatur. Per iaspi-
dem ergo simplices quicumque viri
imperfecti non eminenter desig-
nantur, qui fide salvantur, sicut
dicit apostolus: Iustus autem ex
fide sua vivit. Sancti autem
et perfecti viri qui per civitatem
designantur auro mundo non
[illegible] assimilantur, co-
quia et sapientia fuerunt repleti, quasi
per aurum sepe fulgent, et di-
versis tribulacionibus probati sunt.

auro quod per ignem probatur et pur-
gatur. Per vitrum vero mundum,
quod clarius omnibus metallis est,
ampli designantur, quos nul-
la macula peccati umquam sordi-
dare potuit. Fundamenta mu-
ri civitatis omni lapide pre-
cioso ornata. Superius diximus
per xii fundamenta xii apostolos
esse designatos. Per lapides
autem preciosos omnes virtutes de-
signantur. Recte ergo fun-
damenta xii lapidibus orna-
buntur, quia in illa virtute
apostoli et ceteri predicatores per-
manere habebunt eos qui per
eos crediderunt quia per eis
omnibus virtutibus crescerent.
Fundamentum primum iaspis.
Iaspis viridis coloris est ac- Iaspis
cepti. Significat autem fide-
les stabiles qui numquam ab-
sciderunt quamvis corporis vi-
tas idem fides ex mundi acti-
bus aliquatenus obscuratur,
et corpus tamen et ceteris
ministrat operibus, propter suam
virtutem non cessant. Non ab-
re est quod ter plus locis po-
nit. Apostoli namque sicut iam
supra in cultura et cunctis
hiis qui apostolis primus cre-
diderunt austerioa dum per-
cepta quinque ne forte du-
ricia propter tristicia nos an-
derit ad [illegible] fide
per amorem domini [illegible] eos

Placuit spiritui sancto et nobis
nichil imponi vobis oneris
nisi tantum ut abstineatis
vos a fornicacione et ab escis
que ydolis ymolantur et suffo-
cato et sanguine. Et de alio
loco Petrus conversionem gen-
tium narrans inter alia dixit
Et qui novit corda deus tes-
timonium perhibuit dans il-
lis spiritum sanctum sicut et no-
bis fide purificans corda
eorum. Quicunque ergo istos imi-
tantur in figura lapidis con-
Zaphirus tinentur. Secundus saphirus
Saphirus cerula colorem
sicut iacinctus sed guttas
habet intermixtas eiusdem
coloris sed [?] Vide-
tur eciam in [?] lapide
sclares [?] quedam viri de spe [?]
celestia quidem desiderantes
sed in secularibus actibus adhuc
occupati ex qua occupacione
quasdam maculas contrahere
videntur. Hinc per eos qui omni-
bus omnia celestia antepo-
nunt celi habet colorem digna-
tur. Hinc in secundo loco
ideo ponitur quia deum super omnia
et proximos tamquam se ipsos
Calcedonius studet diligere. Tercius cal-
cedonius. Calcedonius rube-
um habet colorem sed tamen ob-
scurum nisi [?] attenu-
etur. Ipsa vero concavitas pul-
cherrimum et colorem et gra-
tissimum confert. Significat
autem et iste quosdam sclares [?]
viros qui quanti sanctitatis
ante tempus persecucionis fuerint
homines latuit sed a persecu-
toribus per diversas tribula-
ciones attenuati quan-
tus splendor sanctitatis
in eis latuit cunctis patuit
qui eos intuerentur. In 3o
loco ponuntur eo quod confessio-
ne sancte trinitatis perdurantes
ad martyrii palmam pervenire
Smaragdus meruerunt. Quartus sma-
ragdus. Smaragdus ni-
mie pulchritudinis atque vi-
riditatis est in tantum ut ea
que circa se sunt sua viridi-
tate inficiat. Significat
autem predicatores sanctos qui
in fide videntes et viventibus
per claritatem splendoris sue fidei
predicando ea nunquam pro-
fuerunt. Hinc a quarto loco po-
nuntur eo quod doctrina ewa-
ngelii que in quatuor libris
dividitur per multa loca dispe-
Sardonix rgunt. Quintus sardonix.
Sardonix candidus est in
rubeo colorem pavidi [?]
nans. Significat autem sim-
plices quosdam et innocentes
viros qui propter ante puritatem
per lapidem candidum designantur.
Hinc per eos quod [?] [?]

abstinendo et diversis modis cor-
pora sua affligunt martirium
sibi imponentes quasi colo-
rem rubeum habere dicuntur. Vide-
mus non inconvenienter in quinto
loco ponitur. Quartus quia martirum
cum [illegible] quaque temporis
[illegible] designatur. Beati
quoque virgines dicuntur quia
quinque corporis sensus [illegible]
ora sua designatur. Et quia
sicut opera eorum isti sunt recipit
aliis inter illud perfulserunt
recte in edificio civitatis
sancte quintum locum obtinent.

Sardius

Sextus sardius. Sardius
rubeus est qui pro eo quod [illegible]
[illegible] colorem aliquatenus de-
clinare videtur parumper ob-
fuscatur. Quartus rufus itaque co-
lorem qui ante colorem com-
pungit tribulationes quas
sancti ab hostibus pertulerunt
designatur. Rubeus vero co-
lor martirium designatur. Sed
sardius igitur sancti et per se
[illegible] designatur qui per [illegible]
[illegible] alium [illegible] per
diversas tribulationes post
[illegible] terminata quam abhi-
[illegible] pertulerunt ad mar-
tirii palmam pervenire me-
ruerunt. Cum non incongrue
in senario numero qui perfectus est
ponitur eo quod [illegible] per se
[illegible] et [illegible] perfectus

martirio ornaverunt. Septimus
crisolitus. Crisolitus totus — Crisol
aureus est et propterea aurum
sapientiam designat. Per crisolitum
igitur sapientes in ecclesia
designantur qui sicut [illegible] fulgo-
re sapientie auree apud homines
in recte dici possunt. Cum con-
gruenter in septimo loco ponitur
eo quod septem dona spiritus sancti
repleti multos alios et ex-
emplo ab iniquitate averterunt.
Octavus berillus. Berillus — berill
nimie claritatis et ceruleum
habens colorem ad instar [illegible]
Significat autem personas vite
[illegible] et apostoli actibus [illegible]
[illegible] qui ne clari-
tatem vite sue aliquam ma-
cularet [illegible] etiam [illegible]
[illegible] hominum [illegible] nolue-
runt quorum claritas in ceru-
leum colorem [illegible] quia celo
[illegible] angelicam vitam
[illegible] homines [illegible] con-
[illegible]. Cum non incongrue
[illegible] in octavo loco ponitur.
Bis namque quaternio sunt
octo. Quaternarium itaque [illegible]
impleverunt [illegible] quia evan-
gelii precepta secuti sunt quod
dicit: Vade vende omnia que
habes et da pauperibus et
habebis thesaurum in celo
et veni sequere me. Quaternarium
[illegible] duplicaverunt quia [illegible]

perfectionis culmen multos a
lios secum conscendere fecerunt.
Topazius — Nonus topazius. Topazius
aureum ac quasi colorem sereni diei
iubar suum cunctis spargens.
Hic pacienter probati viri qui
in igne persecutionis probantur
designantur. Nempe tribulatio
nes diverse sunt. Aliqui namque
viri sancti diversis temptationibus
quas a demonibus patiuntur
probantur. Aliquando per tribula
tiones quas eis a malis homi
nibus inferunt. Aliquando
per afflictiones quas sibi ipsi
inferunt. Aliqui flagello
dei probantur circa et per acti
ue vite exercicia. Videntur
itaque in perfectione lapidem
designare qui prius per actiuam vi
te opera probantur et postea
transeunt ad contemplationem.
Ille enim competenti gradu ad
contemplatiuam vitam conscendit
qui prius per actiue vite opera
cia probatus fuerit. Vita enim sub
ito ad contemplatiue vite cel
situdinem sine vite actiue exerci
tijs transit facile labitur.
Cum autem hic lapis radios
suos tamquam spargere vi
detur significat hos viros qui
[illegible] designant et ad actiue
vite opera multos pertraxisse
et ad contemplatiue vite celsi
tudinem multos etiam secum di
rexisse. Cum vero magister in
nono loco ponit. Et cer
te nonus fuit sancti Gre
gorius qui propter amorem sancte
trinitatis in actiue vite operibus
prius affligentes semet
ipsos suis exhortationibus
quoscumque poterant ad suam
imitationem pertraxerunt et in
ad contemplandam eiusdem sancte
trinitatis diuinitatem conscen
dentes multos secum perdu
xerunt. Non inconvenienter no
no loco ponit eo quod tali
ter contemplatiuos [illegible] po
test duplicauerunt et impli
cauerunt. Decimus Crisopas
sus. *Crisopassus* — Crisopassus viridis
aureum quasi colorem ostendit qui per
eo quod in decimo loco ponitur
possumus per quosdam doc
tores ecclesie intelligere qui nobis
in corporibus positi multos do
cuerunt et multo plures scri
ptis suis erudiunt et erudi
unt cottidie ut fuerunt Iero
nimus Augustinus Gregorius
et multi alij. Cum vero luna
ecclesie ut dici sunt qui per
viriditatem et aureum colorem
designatur eo quod per indita
te fidei fuerunt firmi et sa
pientia et ut aurum fulgidi.
Per denarium vero ubi veteris
testamentum propter x in decalogi
precepta legis possumus intelli
gere. Et quia veteris testamenti

berill

sed doctrina novi testamenti
nullus intelligere potest eo quod sine
alia intelligencia veteris tes-
tamenti nichil sit aliud quam
novum testamentum. Hoc modo
nemini. In decimo loco po-
nuntur eo quod scienciam veteris
et novi testamenti plenius per-
fectam habuerunt. Per crisoprasum
decimum vero aliter intelligitur.
Decanus quippe novem dividit
et ordinat et perficit omnes
novem. Ita et isti diviserunt
quodammodo scripturas tum casus ex-
ponendo prophetias et libros per-
tita sunt. Ordinaverunt
eas tum cavendo obscuritates
aperuerunt et que in ordina-
ta videbantur quasi verum ordi-
nem habuerunt manifestaverunt.

Jacinctus

Undecimus Jacinctus. Jacinctus
cum eius species iacinctino co-
lore nomen imposuit perspi-
cuus est celi sereni colorem
habens sicut saphirus sed
alle maculas habet. Iste at-
pulcritudo velut maculis
deturpatur. Significat autem
sanctos viros ab omnibus per
dibus [?] aliquos cor-
poribus tamen [?] aliud
semper inhitantes. De qualibus
fuit Paulus apostolus qui di-
cebat Nostra autem conversacio
in celis. Qui ideo in undecimo
in undecimo loco ponuntur. Per x
namque sciencia divinitatis
scripture sicut in superius
expositum designatur. Unus

vero qui decem sequitur. Et unde-
cim fiant ad visum dei contempla-
cionem pertinet. Isti ergo sancti
decimum numerum compleverunt
quia sciencia divinarum
scripturarum repleti multos
suis predicacionibus ad vitam
eternam perduxerunt. Unde-
cimum compleverunt quia in
contemplacione dei omnipotentis
assidui fuerunt. Per instan-
tia predicacionis a contemplaci-
one assidua contemplacio apprehendi-
cacione eos vexit. Simili-
tudine constantes angelorum
qui et angelicum officium con-
templent. A contemplacione dei
omnipotentis in qua a bono
desistunt. De talibus vide-
tur propheta dixisse labia sa-
cerdotis custodiunt scienciam
et legem requirunt ex ore eius
quia angelus domini exercituum
est. De talibus fuit et Johannes
baptista de quo dominus dicebat
Hic est de quo scriptum est
Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam qui prepa-
rabit viam tuam ante te. Duo-
decimus ametistus. Hic per Ametistus
duodenarium numerum apostoli de-
signantur. Ametistus vero
purpureus est. Et scimus quia
purpura ornamentum est rega-
le. Per ametistum igitur apostoli
coronati similes designantur
quia ornamentum dei fuerunt
quando per universum mundum

predicaverunt. Unde communicator dicitur Petrus de quo scriptum est quod clarificavit morte sua deum. Unde muri et tamen ornamenta dei fuerunt, quia eum predicando, miracula faciendo, pro nomine eius moriendo clarificaverunt. Et duodecim porte duodecim margarite sunt per singulas. Et singule porte erant ex singulis margaritis. Hec secundum litteram. Sic autem singule porte erant ex singulis margaritis quod per unam quamque XII margarite fuisse dicuntur. Quod spiritualiter intelligendum est. Duodecim namque margarite ex quibus singule porte esse dicuntur XII sunt apostoli. Duodecim vero margarite per singulas esse dicuntur [illegible] C XLIIII per quas apostolorum successores doctores videlicet ecclesie signantur, qui fide doctrinaque apostolorum sunt secuti et assimilati. Qui propter vite mundiciam et sanctitatem propriam per candidas margaritas significantur. Et platea civitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum. Supius per aurum mundum et vitrum mundum [illegible] viros et sanctos angelos diximus fuisse designatos. Sed hic per plateam civitatis intelligitur

fidelium. Per aurum vero mundum et vitrum perlucidum munditia mentium designatur hominum atque angelorum. Quia sicut ad mentes angelorum nulla umquam vana cogitatio accedere potuit que eas maculet, ita et sanctorum post resurrectionem nulla umquam inutilis cogitatio adveniet que corpora mentes eorum maculet. Et templum non vidi in ea. Dominus enim deus omnipotens templum illius est et agnus. Per templum in quo hostie et sacrificia offerebantur ecclesia presens designatur, in qua non carnalia sed spiritualia sacrificia deo offeruntur. Et sicut illic secundum qualitatem peccatorum variabatur modus sacrificiorum, ita et in ecclesia secundum modum culparum debet esse sacrificia penitentie, sacrificia orationum, fletuum, cordis contriti. De talibus sacrificiis psalmista loquitur dicens: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Et iterum: Tunc acceptabis sacrificium iustitie. Sacrificium iustitie et pietatis et abstinentie et humilitatis ceterarumque virtutum. Hec sunt sacrificia que odorem bonum suavissimumque prebent deo, non carnes pecudum que in altari cremabantur. Talem igitur templum in sancta civitate non se vidisse dixit, quia hec omnia que dixi in illa be-

atitudine nova non erat
Absterget enim deus omnem
lacrimam ab oculis sanctorum
et mors ultra non erit neque
luctus neque clamor nec quod do-
lor erit que prima abierunt
Dominus vero templum illius est
et agnus quia in illo erunt
sancti et in illo habitabunt
sicut ipse discipulis suis ba-
lt Sicut ego in patre et vos
in me et ego in vobis Et
civitas non eget sole neque
luna ut luceat in ea Nam
claritas dei illuminabit eam et
lucerna eius est agnus Per solem
novum testamentum per lunam vetus
designat Absque istis duobus
luminaribus ecclesia prima va-
dimus in tenebris Quia
seculi sunt tenebris offensio-
nibus macula non potest in illa
beatitudine ubi ille tene-
bre essent erunt nulla offensio
nichil in terrenum quod cor-
rigi possit Ipse novi ac ve-
teris testamenti nova non
erit Illius luminis facti
sunt sine profuerunt qui auc-
tor est lucis et qui illuminat
omnem hominem venientem
in hunc mundum Et ambula-
bunt gentes per lumine eius et
reges terre afferent gloriam suam
et honorem in illam Per gentes
omnes electi designantur qui
quo ambulabunt in lumi-
ne habitant mente non corpore

non mutando locum sed quod sidera
do omnipotentiam dei divini-
tatem atque maiestatem Per
lumen ecclesie ambulabunt
qua in ea proficere possint Illo
lumine illuminabuntur quod eis ex
omnipotens daturus est Per
reges autem terre apostoli et ceteri
predicatores designantur Glo-
riam vero et honorem predica-
torum eos vocat qui per eos
crediderunt sicut Paulus dicit
discipulis suis Ad gloriam
meam vos estis in domino Afferent
vero gloriam suam et honorem
in illam cum eos qui per eos
crediderunt domino representabunt
Et porte eius non claudentur
per diem nox enim non erit illic
Duodecim porte duodecim portas
que opp[illegible] marcescunt [illegible]
se dicunt apostolos designatos
designatos Et hic ubi sine
mo ponunt alia significa-
tionem habent Significant
namque corda fidelium fide-
les namque in hac vita por-
te nocte patent id est demo-
nes et impios homines Por-
tas autem in nocte claudunt
cum contra omnia temptamenta
demonum aditus mentium suarum
obstruunt atque ea aperte expellunt
Claudunt eas portas in nocte
cum contra malitiam pravorum ho-
minum corda sua muniunt ut
non audiant lingua detrahentium
non reddant malum pro malo
vel maledictum pro maledicto

ut secundum prophetiam contineat ma
nibus suis aures omni immunde ob
turet aures suas ne audiant
sanguinem et claudat oculos
suos ne videant malum. Por
ro illa beatitudo ubi nullus
demon ibi nullus ei esse po
terit qui mala suadeat qui per noc
tem designatur. Propterea idem
medium observato necessaria
non erit. Sequitur et secundum litteram
erit ibi dies perpetuus nulla
nocte succedente. Et afferat
gloriam gentium et honorem in il
lam. Superius dictum est regibus terre id est
predicatores sanctos gloriam suam
in civitate sancta detulisse
dixit. Hic quia gloriam gentes que
per eos crediderunt superius sunt
designatas. Si ergo gloria
predicatorum gentes sunt gloria
gentium que est nisi forte secundum
Salomonem hoc dictum intelligas
qui dicit Gloria senum filiorum
filii et gloria filiorum patres eo
rum. Gloria namque sanctorum id est
apostolorum filii sunt filiorum. Hec
tus videlicet qui per ipsos et per filios
suos id est discipulos eorum cre
diderunt. Gloria namque filiorum
erunt patres eorum qui magnam
debuit honores eo quod tanti
meriti tantique excellencie
patres habeant tam eorum glorie
participes esse meruerunt. Ut
autem dicat afferent possumus
ad angelos referre qui in die

iudicii sanctos dei ad per
cipienda premia promissa dedu
cent. Sicut dominus in evangelio
dicit Mittet filius hominis
angelos suos et congregabit
electos suos a quatuor ventis
celi et a summitate celorum.
Nec intrabit in eam aliquid
coinquinatum et faciens abho
minacionem et mendacium nisi qui
scripti sunt in libro vite et agni.
Coinquinatos autem vocat eos
qui se diversis sceleribus inquina
verunt. Abhominacionem autem
faciunt qui malum operantur.
Nichil enim abhominatur deus
nisi maliciam sicut in Ecclesiastico
libro scriptum est. Misereris
omnium domine et nichil odisti
eorum que fecisti. Nunc autem
